

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0035

LOG Titel: Cap. CCCXXXI. - Cap. CCCXL.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

opinionem, prout etiam dixit Alexan. in consil. 53. *vrisis, colum. 3. vol. 3.* vbi eam latissime prosequitur, & eandem conclusionem etiam sequutum esse inquit Curt. senior. in consil. 43. super contingentia. & ideo subdit idem Curt. iun. semper existimasse, ac etiam tunc existimare, prædictam esse veriorem & magis communem opinionem, vt scilicet iusurandum enormissimam lesionem non tollat, & ex consequenti, d.c. quamvis, in enormissima lesione locū non habeat. Pro qua, quicquid alii dixerint, subdit ipse esse tex. ineuitabilem in d.c. quamvis, dum renunciationem dolosam excludit ab enormissima lesionē emanantem, vt concludunt omnes in d.l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & ibidem latius Curt. ipse prosequitur. Præterea hanc conclusionem sequitur August. Berous in consil. 49. num. 9. vol. 1. vbi eam limitat in fœmina maiore annorum 18. cum ibi, vt Pisis extaret statutum vel Florentia, & de renunciatione loquitur. Idem quoque tenuit August. Berous item in consil. 50. num. 2. cum sequentibus, volum. 1. itidem de renunciatione loquens à muliere facta, & in primis inquit iuramentum iurantem non obligare, deinde vero, num. 25. tenet contrarium in muliere maiore & congrue dotata, & vult mulierem ætatis legitimam & competenter dotatam suo iuramento prætextu enormissimam lesionis contrafacerere non posse, per ea quæ habentur in l. cum post. §. gener. ff. de iure dori. & in l. si filia. ff. de lega. 3. Præsupponitur enim in eo casu, vt filia competenter dota ta esset, & fortasse ultra illud quod loci consuetudo, conditio personarum, facultates & numerus filiorum exposcerent: & ideo concludit, contrariam opinionem in filia minore locum habere. & subdit Dd. qui hanc cōclusionem sequuntur, potissimum moueri per tex. in d.c. quamvis, vbi Domin. à sancto Geminiano, Anch. Arch. Io. Andr. & alii recentiores expresse tenent, ac etiam Domini de Rota in decisio. 850. in antiquis. & Ang. in l. si quis pro eo, vers. item adde. ff. de fideiuss. & Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta, colum. 2. ff. de verb. oblig. per tex. in d.c. quamvis, & in e. licet, de iure iuran. in 6. & Alex. in consil. 211. visa facili narratione, colum. 2. volum. 2. & in consil. 69. viso instrumento, volum. 1. & in consil. 39. viso statuto, volum. 4. & in consil. 42. super præmisso, colum. penult. in ult. verbis, vol. 1. qui facit differentiam inter maiorem & minorem, & ita substinet dictum ipsius Petri de Anchar. substineri. Idem Alexand. in d. consil. 53. colum. 7. cum sequenti. volum. 3. & Curt. senior in consil. 43. super tali contingentia. & Paul. Castren. in consil. 216. præsupposito sine preiudicio, colum. 2. & in consil. 416. vi. se punito, colum. 1. volum. 1. qui in terminis filiae maioris loquitur, quæ ob dotis receptionem bonis maternis & paternis cum iuramento renunciauit. & pro hac parte inquit consuluisse etiam in consil. 418. vbi optime loquitur. & Paul. Castren. & recentiores repetentes in d. auth. sacramenta puberum, & Imola in d.c. cum contingat, & in cap. si vero, extra de iure iuran. & in cap. venerabilem, extra de elect. & Roman. in consil. 438. in casu proposito. in fi. & Alex. in consil. supra relato, & præcipue in d. consil. 42. volum. 1. dum inquit, quod licet text. in d. cap. quamvis, casum excipiat, in quo filia dolo vel metu inducitur, intelligendum tamen esse de vero dolo & ex proposito, non autem de præsumpto, qui à deceptione vel lesionē re ipsa descédit ac prouenit: quandoquidem talis do lus non proprie & vere dolus dicitur l. 1. §. dolum. ff.

de dolo, vt ibi latius per eum. Et si plures ex supra relativis contrarium teneant, intelligendo. d. c. quamvis, etiam de dolo re ipsa per enormem vel enormissimam lesionem, vt dixit Curt. iunior in loco paulo ante relato, & ideo ad hoc diligenter animaduertendum est.

Hæc autem conclusio, vt stante enormissima lesionē iusurandum iurantem non liget, limitatur, vt inquit idem Augustinus Berous in consil. 50. num. 34. 35. & 36. vol. 1. vbi cuncte in renunciatione mulierum, quæ fieret patri, iudicis præsentia interueniat ac consanguineorum, paternaue affectio, quæ quidem omnē doli, vis & metus præsumptionem tollit. l. in transactione, vbi Bart. & alii omnes. C. de transact. & est, vt ipse arbitratur, optimus tex. in l. 1. §. qua oneranda, cum ibi notatus à Bar. ff. quar. rer. actio. non dat. & Innoc. & alii in c. causa matrimonii, extra de offic. delega. & Bart. in l. ad inuidiam, per illum tex. & in l. si per impressionem. ff. quod met. cauf. & in l. fin. verific. item quoero. ff. si quis aliquem testari prohib. Item etiam ex d.l. in transactione, colligitur, quare fit, vt per locorum statuta in contractibus minorum & mulierum sape inducatur, vt iudex & consanguinei seu tales interesse debeant. Ea enim ratione id introductum est, vt doli ac metus præsumptio cessare videatur: quæ sane allegari posset, vt habetur in l. 1. & ibidem Bart. C. de præd. curial. lib. 10. & Salic. Castren. & Iaf. in l. pacta nouissima. C. de pact. & tradit. Alexand. in consil. 80. vol. 5. vbi plura deducit, & Bal. in tract. scisma. quem posuit sub rub. C. si quis aliquem testa. prohib.

C A P. CCCXXXI.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum ob nimiam reuerentiam non obligat.
- 2 Metus à reuerentia proueniens non præsumitur, nisi mina procedant.

Conclusions supra firmatae ampliantur etiam & procedunt, † vbi cuncte quis ob nimiam reuerentiam ad renunciandum vel aetum, aut contractum quempiam faciendum, inducitur, vt dixit Corne. in consil. 258. num. 11. volum. 4. quandoquidem tunè ob nimiam reuerentiam iuramentum relaxatur & iuranti efficaciter non obest, argumento l. 2. §. qua oneranda. ff. quar. rer. actio non dat. & l. fina. C. de furt. secundum Bal. in l. pactum, quod dotali, in 1. quæficio. subdit tamen Corneus, quod melius adduxisset tex. in l. eo autem tempore. ff. soluto matrim. & in l. si patre cogente. ff. de ritu nuptia. & illud, quod late notat Bart. in l. interpositas. C. de transactione. & Bal. in l. fideiuss. §. pater Sei. ff. de pigno. Præterea hanc conclusionem sequitur Ruin. in consil. 140. num. 11. volum. 4. vbi de renunciatione loquitur ei facta, à quo regitur, & eius bona administrantur, & erga quem verosimiliter reuerentiam habebat, vt sape inquit consultum vidisse ab excellentissimis viris, & præsertim à Socino, Felino, & aliis huiusmodi, iuramentum eis relaxandum esse, prout dixit etiam Petr. de Anchar. in pluribus consiliis, & præsertim in consil. 180. visis diligenter, &c. & in consil. 331. visa presenti narratione. & in consil. 441. visa copia. & in consil. 366. in predicta quietatione, & in consil. 383. retento ordine dubiorum, & Butrius in consil. 45. Domina honorabilis, &c. & Calder. in consil. 8. duapuella, in tit. de iure iuran. & Federic. de Senis in consil.

De Executionibus, Tractatus. §. 9. 911

194. *An Margarita.* Præterea idem Roman. in consil. 170. num. 16. volum. i. inquit remissionem & finem etiam iuratas remitti posse metus reuerentialis prætextu, tanquam mulier à patre vel fratribus ad eam finem faciendam vel renunciationem inducta sit. & ideo inquit Ruin. animaduertendum esse, quod vbi mulieres sunt minores, regulariter iudicium minus validum & constans habent, & vt minores imperfectum, secundum Bald. in rub. C. de rer. permuta. & ideo si sunt enormissime læsæ, ut colligitur ex themate. *L. quid enim si vera ff pro socio. vbi tradit etiam Bar.* & ideo inquiunt in muliere metum cedere, qui requiritur in constanti viro opus non esse, sed sufficere, quod sit talis, qui caderet in constantem mulierem, vt notabiliter dixit glos. in c. cum locum, extra de sponsa. nam in sexu fœminino vti fragili metus vtique facilius præsumitur: & ideo quemadmodum erga patrem metus reuerentialis præsumitur. *L. i. §. quæ oneranda. Cod. quar. rer. act. non dat.* & tradunt Doct. in l. ad inuidiam. C. quod met. caus. & in d. l. interpositas. C. de transact. & in c. causam matrimonii, extra de offic. delegati, pariter etiam præsumitur, quod mulieres minores & parentibus orbatæ metu reuerentiali fratrum cum quibus habitabant, renunciauerint, & à quibus regebantur & custodiebantur, his namque concurrentibus eadem sane ratio est, quæ militat in patre. Et probatur in l. i. in fi. vers. vel similem. C. si quacun. predi. potest. & in l. i. vbi Bald. C. si refut. prouinc. & melius in l. i. in vers. domorum. C. ne liceat potentio. & ibi Bar. vbi habetur prohibitionem poenalem illius legis cōtra implorantem suffragium potentis etiam in eius officiali locum habere & verificari ac etiā domestico, propterea quod eadem timoris ratio subest, & id probatur etiam in l. rei iudicata, cum l. sequen. ff. soluto matrimon. vbi priuilegium concessum marito ratione reuerentia maritalis, etiam in socero locum habet & verificari dicitur, ex quo ei eadem reuerentia debetur. & idem per prædicta de fratre maiore dicendum est: & in his terminis consuluit Aret. in consil. 24. Subdit etiam ex eisdem Ruin. consilium Ioan. Baptiste Caccialupi vidisse, quo dispositus liberacionem & absolutionem factam à puella fratribus suis nuptis, à quibus & à maritis earum gubernabantur vel regebatur, & custodiebantur, dici extortas metu reuerentiali: Quamuis aut inquit Ruin. metum tā reuerentia prouenientem nō præsumi nisi præcedant minæ, vt inquit Bart. in d. §. oneranda. & in d. l. ad inuidiam. C. quod met. caus. & in l. interpositas. C. de transact. cum concordantib. de quibus ibi per Alexan. iterdem quatenus dicitur videri, vt præsentia iudicis & coniunctorum præsumptionem illius metus tollat, vt dixit Bart. in d. l. i. Cod. de pact. & in l. transactionem. C. de transactio. attamen prædictis non obstantibus respondet ibidem Ruin. num. 17. illa procedere, quando cessat enormis læsio si vero enormiter læsæ sint, non cessare ex prædictis metus præsumptionem: aliis tamen, de quibus supra concurrentibus, vt notabiliter concludit & declarat Castren. in consil. 177. contra supra consulta. & tradidit Caccialupus in d. consil. vbi vltra ea que deduxit Castren. qui adduxit tex. in l. i. §. persuadere ff. de seruo corrupto, mouetur etiam ex iis, quæ notauit Bal. in c. 1. in tit. qual. debe. vas. iu. & Ioan. Andreæ in cap. 1. de prescript. lib. 6. & Bal. in cap. 1. in vers. pactiones, in tit. de probib. feud. alien. per Federic. & quibusdam aliis, de quibus ibi per cūm. &

tradit prædicta omnia in d. consil. licet ad ea, quæ in contrarium deducuntur, non respondeat eo modo quo Castren. respondet. & in his terminis subdit Ruin. vidisse consultum à Socino senior. Nec etiam subdendo inquit prædictis obstat eiusmodi metum ex eo non præsumi quod quis magnum pro modico dederit. d. l. interpositas, secundum vnam letitiam, vbi tradit etiam Bart. & Doct. quia illud procedit aliis conjecturis cessantibus (de quibus supra,) vnde subdit, quod his stantibus vt per metum reuerentialē ipsa liberatio extorta videatur, tunc iuramentum ipso iure non obligare, nec ligare, vt est tex. in d. authen. sacramenta puberum. Cod. si aduers. vend. & ibi inquit, ita tenere communiter Legistas. & in c. quamvis, de pact. lib. 6. arguendo à contrario text. vt in hū terminis decisit Ang. in l. fin. C. qui sat. cog. & Abb. in c. cum contingat, in b. casu principali, extra de iure iurian. & in sua disputatione incipiente, statuto ciuitatis Senarum, & c. in vlt. dubio, in b. casu. Et quamvis loquatur, vbiunque forma non seruatur à statuto requisita, & ex consequenti quando contractus à statuto reprobatus est: attamen idem esse in casu, quando contractus est à iure reprobatus dicendum est, vtputa si daretur curator ad donandum: quandoquidem super contractu ex causa lucrativa authoritatem præstare non potest, nec iudex decretum interponere, vt voluit Bald. in l. prima, C. si aduers. dñatio.

C A P. CCCXXXII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 *Ius iurandum non tollit remedium l. si vnquam. C. ds reuoc. donatio.*
- 2 *L. si vnquam. C. de reuocan. donatio. cum iuramento renunciari non potest.*

Prosequendo ea, in quibus ius iurandum nihil operatur, dicendum est, tā iuramentum nō tollere remedium. *l. si vnquam. C. de reuocan. donatio.* vt voluit Oldrad. in consil. 238. incipiente, cum mulier donatrix, in fi. & iterum in consil. 278. licet quantum ad claus. colum. 3. versic. ad tertiam conclusionem. & Ioan. Andr. in addit. ad Speculum in rub. de donatio. colum. 2. vers. an propter liberos, dum paulo post subiungit, & hic addo, &c. & in tit. de instrumen. edit. §. porro. in fi. ad. ditio. que est in penult. colum. & Bar. in d. l. Titia Seio. §. Imperator. in vlt. quest. vbi etiam tradit Bald. in fi. & Raphael. Cuman. ff. de legat. 2. vbi & Bart. quoque dicit, ita consuluisse cum Recuperato de Sancto Miniate, & Francisco Pisano. & idem voluit Alberi. in d. l. si vnqnam. col. 1. vbi inquit, ita ex facto consuluisse Bal. in l. i. in vlt. quest. C. de inoffic. donat. & rursus idem Bald. in consil. 215. Punctus, quidam donauit. vol. 5. & Petrus de Anchar. in c. fin. Vbi etiam Butrius, colum. fina. & Imo. col. 7. versic. item aduerte pro intellectu, col. ii. versic. quid si in donatione, & ibi quoque Barba. extra de donat. & iterum Imola in l. i. in fi. ff. eod. & in c. cum contingat, car. pen. extra de iure iurian. & Roman. in consil. 269. non est dubium, in princ. & Paul. Castren. in consil. 435. super hoc punto plura videntur, in fin. vol. 2. & Petr. Ferret. in tit. form. libel. quo agit pro donatione. in verbo, irreuocabili. ter, col. 3. vers. patet ergo ex premisis. & Corne. in consil. 276. in presenti consultatione, colum. fin. vol. 2. & in consil. 234. Placet mibi, col. 2. versic. nec obstat iuramentum,

ead. volum. 2. & in consil. II. eiusdem principii, volum. 2. versic. nec obstat iuramentum in eodem volum. 2. colum. 9. versic. & ideo iuramentum, & iterum in colum. II. versic. ex quibus elicio, volum. 3. & in consil. 30. consideratis his, in si. volum. 4. & Alexan. in consil. 71. consideratis his, quae narrantur. in si. volum. 4. & Franc. Curt. senior in consil. 2. circa primum, colum. 3. & sequen. tibi plures idem teneant, ut expresse illi legi cum iuramento renunciari non possit. de eius enim veritate satis constat ex præmissis, & ideo Paleottus inter consilia eiusdem, in consil. 3. & si subtilissime, colum. 2. versic. nec mouet. & Franc. Aret. in consil. 24. quatuor dubia, colum. 1. in princip. & iterum colum. 2. versic. nec obstat iuramentum. & Socin. in consil. 147. visa facti contingentia, col. 5. versic. circa tertiam, volum. I. & in consil. 215. visa prædicta, colum. 2. versic. nec obstat. si diceretur, volum. 2. quod errore impressorum repetitum est, volum. 4. & in consil. 22. quibus quidem in locis inquit, hanc esse communem opinionem, & rursus idem Socin. in consil. 20. in facto præsupponitur, in si. volum. 3. & in consil. 126. visum fuit, colum. 4. in eodem volum. 4. & Ias. in consil. 125. Bar. colum. 2. versic. tertio, facit. & iterum in colum. 4. versic. non obstat, volum. 1. & in consil. 230. factum sic se habet, colum. 3. volum. 2. Et Philip. Dec. in l. 1. colum. pen. versic. secundo. quod dictum est. de pact. & in l. si donatione, colum. 5. vers. tertia conclusio gl. C. de collat. & in consil. 140. Donatio inter virum, ante finem, & in consil. 345. visis his, quae supra accurate, colum. 1. & in consil. 350. visis allegationibus, colum. 3. vers. vltimo non obstat, & in consil. sequen. in casu proposito, colum. fin. vers. vltimo non obstat. Oldrad. & Roman. in loco suprarelati, & rursus idem in consil. 366. pro declaratione, colum. 3. vers. non obstat, quod dicitur de iuramento. & in consil. 374. in casu proposito, vers. vltimo non obstat. vbi illos quoque refert. & in consil. 379. requisitus, colum. penult. vers. præterea illud dictum, & in consil. 408. in praesenti consultatione, colum. 2. & in consil. 536. In causa, quae agitur Mantua, colum. 2. vers. & predicta conditio. Et Anton. Baueri. in tract. de virib. iuramen. col. 3. & Anton. Petrut. in tract. eiusdem tituli, in undecimo effectu, in si. & Stephan. Bertran. in consil. 284. viso casu mihi exhibito, colum. 2. volum. 2. & in consil. 383. viso casu superius, in eodem volum. secundo, & in consil. 135. viso consultationis themate, colum. 3. volum. 4. & Carolus Ruin. in consil. 98. visa renunciatione, colum. 8. num. 19. volum. 1. & in consil. 107. Iesu, in si. volum. 1. & in consil. 169. de tribus, colum. 2. num. 7. in eodem volum. 1. & in consil. 173. Quæritur primo, colum. 7. vers. nec etiam iuramentum, in eodem volum. 1. & in consil. 60. de re quidem, colum. 5. num. 15. volum. 3. & in consil. 140. circa casum. colum. 3. num. 5. volum. 4. & Franc. Ripa in d. l. si vñquam. C. de reuocan. donat. & iterum lib. 3. respon. 115. licet donatio, colum. penult. & Paris. in consil. 72. videtur, colum. 2. num. 15. volum. 1. & in consil. sequenti, donatio, colum. 8. & Tiraquel. prædictos referens in d. l. si vñquam. in prefatio. num. 173. qui dicit neminem reperire alterius sententiae, præter Andream Alc. in l. pacta, quae contra. C. de pact. qui ea tantum ratione mouetur, quod talis reuocatio non fiat fauore filiorum, sed ex coniectura donantis, & ideo iuramentum eam reuocationem impedit, quam sententiam inquit receptionem esse, id est (ut nostri dicunt) communiores, ita ut contineat illud Horatianum, Quandoque bonus dormitat Homerus. Hæ autem Tiraquelle reprehensio primum videot confirmari illa communi sententia (de qua supra diximus,) quod scilicet in iuramento intelliga-

tur illa conditio, rebus sic stantibus. Vnde cum donans eo tempore, quo donauit, filios non haberet, vt ad filios superuenientes extendi possit nullo modo dicendum videtur. Præterea secundo loco ex eo confirmari videotur, quod iuramentum ad incognita non extendatur, sed ad cognita, sed donans non videotur de filiis nascitulis, quos adhuc non suscepere, cogitasse: Ergo? Præterea etiam ex eo quod diximus iuramentum non extendi ad ea, quæ minus verisimilia sunt: sed verisimile non est, vt donans voluerit bona sua ad extraneos potius quā ad filios suos deuenire: ergo quod tale iuramentum stantibus filiis extendatur, nullo modo dicendum est. Posset etiam id aliis regulis in hac materia supra relatis confirmari. Videatur præterea cōtra opinionem Alciati facere eam conclusionem, qua dicimus iuramentum tertii præjudicium continere non debere, & ideo ad filios nascituros extendendum non esse. Animaduertendum quoq; est Tiraquel. supran. 164. in eadem præfatione dicere huiusmodi articulum esse admodum ambiguum: hic tamen dicit non reperiisse alium contradictorē quām Andream Alciatum, & ideo sibi ipsi contradicere videotur. Hanc præterea opinionem sequitur Iulius Clarus lib. 4. sententiarum, in §. donatio, quest. 23. qui inquit ita tenuisse Bar. in l. Tito. §. Imperator, num. II. ff. de lega. 2. & est communis opinio. vt dixit Corne. in consil. 30. in si. volum. 4. & Soc. in consil. 215. num. 2. volum. 2. quod est duplicatum, in consil. 22. num. 7. volum. 4. & Bertran. in consil. 175. post numerum 12. volum. 4. & Ripa in d. l. si vñquam, in 3. quest. C. de reuocan. donat. & lib. 3. responso. respon. 15. num. 17. & Paris. in consil. 72. num. 15. vol. I. Iuramentum namque semper rebus sic stantibus intelligendum est, & ideo vñcunque post dispositionem iurata aliquid superuenit, quod tempore præstiti iuramenti verisimiliter dispositionē ipsam impediūset, iuramentum nihil operari debet, nec potest. Et id proculdubio procedit, vñcunque in tali donatione iurata non fuit in specie, nec in genere dispositioni d. l. si vñquam, renunciatum: & in hoc omnes conueniunt, vt supra diximus ex Tiraquelle in d. l. si vñquam, num. 74. si vero fuerit renunciatum, tunc tollit reuocandi facultatem, & amplius ad ius renunciatum redire non potest, l. quaritur. §. si venditor. ff. de adil. edic. & l. non videotur. ff. si quid in fraudem patro. & l. Herennius, in princip. ff. de euict. & l. quoties ab omnibus. C. de fideicommiss. & tradit. gl. in c. quam sit periculo sum. 7. quest. 1. & Castren. in consil. 274. colum. 2. post princ. volam. 1. & Crauet. in consil. 24. num. 4. & in consil. 74. num. 7. & renunciatio d. l. si vñquam, præcedente certificatione notarii videotur valere, vt voluit Bart. & alii quam plures in d. §. Imperator, & Socin. in consil. 147. num. 17. volum. 1. & Ias. & Decius in l. si quis in conscribendo. C. de pact. & Ias. ibidem, num. 8. & Decius num. 14. & Ias. iterum in consil. 25. volum. 1. & Socin. iunior in consil. 79. num. 25. volum. 2. & Rube. Alexandrin. in d. §. Imperator, num. 354. & in consil. 355. & in consil. 361. & Ripa in d. l. si vñquam. in quest. 51. vbi inquit esse communem opinionem, Tiraquel. ibidem, num. 94. & 95. & 169. vbi esse frequentiorem attestatur. Illa autem specialis renunciatio beneficii. d. l. si vñquam, confirmatur ex generali renunciatio, de qua in donationis instrumento, & ea cum fuerit iurata, pro expressa & speciali habetur, cum iuramentum specialis renunciatio nisi vim obtineat, vt agit glos. in d. cap. ex rescripto, extra

extra de iure iur. & in terminis tradit Socin. in d. consil. 147. prope finem, volum. 1. & sequitur Socin. iun. in consil. 136. prope fin. volum. 1. & in consil. 50. num. 20. & in consil. 79. num. 32. volum. 2. & quā plures refert Ripa in d. l. si vñquam. quest. 52. num. 120. & si ipse contradixerit ea ratione, quia iuramentum ultra consensum non operatur: Quā ratio non videtur tuta, cum in generalibus renunciationibus omnis causa includatur, vt late tradit Cephal. in consil. 94. numero 5. 6. 7. & 8. cum sequen. per text. in l. si duo. ff. de admin. tuto. & in cap. semper in generalibus, de reg. iur. in 6. cum aliis vulgaribus. Omnis namque causa sub verbis generalibus contenta, vi iuramenti specificata censemur, vt dixit Socin. iunior & al i supra relati, & facit text. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & faciunt ea, quae dixit Alexan. in l. 1. §. si quis ita, num. 13. ff. de verborum obligatio. & in consil. 27. volum. 1. & Ias. in l. in repudianda. ff. de acquiren. hered. & Ripa in l. 4. §. condemnatum, num. 24. ff. de re iud. vbi habetur generaliter in quacunque materia iuramentum vim expressi habere, & late supra dictum fuit.

Redeundo modo ad primam conclusionem, quod iuramentum non tollat remedium seu beneficium. l. si vñquam. C. de reuocan. donatio. eam quoque sequitur Goz adin. in consil. 80. num. 11. & Decius in l. conditionis, num. 28. C. de pact. & in l. si donatione, num. 27. C. de collatio. & Cæsar Lambert. in tract. iurispatrona. lib. 2. parte 3. quest. 1. principali, artic. 9. num. 17. & Raphael. Cuman. in d. l. Titia Seio. § Imperator, num. 6. ff. de lega. 2. & Antonius Petrusia in l. 1. num. 138 ff. de iure iurian. & Ioan. Anton. Rub. Alexan. in eadem l. Titia Seio § Imperator, num. 256. vbi inquit circa ultimam Bart. quāstionem notandum esse, quod si fortasse quispiam donet simpliciter & iuret eam donationem non reuocare, si filii nascantur, iuramentum illud beneficium d. l. si vñquam, non excludere, propterea quod conditio, quam comprehendit ipsa donatio, videlicet si liberos non habuerit, iuramento quoque ineft, & late eriam tradit Nicolaus Boerius in questio. 159. num. 6. volum. 1. & Antonius Gabriel. in tract. commun. opinio. lib. 3. de donatio, conclus. 2. num. 12. dum inquit, iuramentum non tollere illam reuocationem, quā prouenit à beneficio d. l. si vñquam. C. de reuocan. donatio. & Oldrad. in consil. 238. & in consil. 278. in 3. dubio, & Imol. in c. fi. extra de donat. & Roman. in consil. 269. & Bertran. in consil. 135. coluna fina. vol. 1. in antiqua impressio.

C A P. CCCXXXIII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M .

1. *Iuramentum nihil operatur in iis, que specialiter exprimitur etiā debent.*

1. *Dem etiam dicendum † est de iuramento interposito in iis, quā specialiter exprimēdā sunt: nam etiam tale iuramentum nihil iuri communī addit, sed perinde est, ac si adiectum non esset, vt voluit Ruin. in consil. 6. num. 8. in volum. authoritate Bar. in l. 4. §. questum. in fi. ff. si quis cautio. dum volunt, iuramentum nihil operari circa ea, quā specialiter exprimēdā sunt, vt iterum dixit Bar. per glōl. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & addit ipse Ruin. huic conclusione ea, quā dixit Bar. iterum, cum quo alii quoque communiter pertransiunt,*

in d. §. questum, & Doct. in cap. 1. extra de commodat. & in l. 1. C. eodem, dum inquit per predicta iuramentum nihil operari in iis, quā specificanda sunt, prot ut etiam voluit Cephal. in consil. 94. num. 37. volum. 1. per ea, qua deduxit Bal. in l. 4. §. questum. ff. si quis cautio. Habet namque specialis consensus vim quo ad solemnitatis defectum, vt per iuramentū suppleatur, non autem vt suppleatur consensus, si in actu deficiat, vt ibidem ipse latius prosequitur, & plures deducit. Hanc etiamē cōclusionem tenuit iterum Ruin. in consil. 67. num. 10. in fi. volum. 4. & Goz adin. in consil. 80. num. 16. & Socin. in l. si mihi. & tibi. §. in legat. num. 12. ff. de leg. 1. & rursus Ruin. in l. 1. §. si quis ita, num. 15. ff. de verbo. oblig. & Desider. Guido. in consil. 170. num. 17. in volum. 1. consil. ultima. volunt. diuerso. & Cagnol. in l. 2. C. de rescinden. venditio. num. 92. & an excludat tam minorem, quam maiorem. 25. anno. & num. 91. num. 103. & 107.

C A P. CCCXXXI

A R G U M E N T U M .

Iuramentum an cōualidet accūm prohibitum principaliter in fauorem publicum excussum per varios ob casus.

S U M M A R I A .

1. Prohibitum principaliter in fauorem publicum, iuramento confirmari non potest.
2. Ius canonicanum quo ad iuramenti vim attendendum est.
3. Iuramentum non infert praividacium alicui alteri ex actu etiam iurato.
4. Alienari non potest regnum, Ducatus vel Comitatus.
5. Prorogationem iudicis laici clericus facere non potest.
6. Statuto disponenti aliquid fauore publicae utilitatis nemo renunciare potest.
7. Iuramentum non confirmat contractum reprobatum principaliter fauore publicae utilitatis.
8. Iuramentum ob incutum pœnitētia imponenda est.
9. Pactum, quo litis instantia porogatur, iuramento non confirmatur.
10. Feudum habens dignitatē adnexam, vt est Marchionatus, disiungi non potest, nec diuidi.
11. Dignitates debent in sua integritate persistere.
12. Dominorum pluralitas induci non debet.
13. Pontifices duos yna ciuitas habere non potest, neque debet.
14. Capita duo esse in uno corpore, monstruosum est.
15. Communio si discordias excitat in rebus priuatorum, multo magis excitat in regnū.
16. Principum pluralitas mala.
17. Iuramentum, an confirmet donationem insinuatam.
18. Clerici vt secularia iudicia subeant, priuata pacticione fieri non potest.
19. Affixa & coniuncta adibis vendi prohibentur, velle gari publica utilitatis gratia.
20. Instantia triennio duratura, si pacto prorogetur, iuramento pactum illud non prorogatur.
21. Pœnitentiaria non intendit suo absolutione inferre praividicium mulato viuenti, de cuius priuilegio principaliter agitur.

- 22 Conuentio iurata, per quam pena criminis impediatur committendi, tanquam delinquendi occasionem praefans seruanda non est.
- 23 Concessa debitoribus, an extendantur ad debita iurata.
- 24 Iuramenta ex parte iurantis sunt personalia.
- 25 Publica utilitas potest in eo consistere, quod ciuitas liberis hominibus repleatur.
- 26 Compromitti non potest de rebus monasterii sine auctoritate superioris.
- 27 Iuramentum id quod nullum est, conualidare non potest.
- 28 Mutuum datum filio familias, iuramento non confirmatur.
- 29 Inhabitio, iuramento non habilitatur.
- 30 Donatio mensa tanquam contra publicam utilitatem, iuramento non confirmatur.
- 31 Iuramentum, an suppletat insinuationem.
- 32 Vx etiam cum iuramento pro marito suo fideiubere non potest.
- 33 Iuramentum non subsistit, quo quis ab honore publico retrahitur.
- 34 Regno quis ob publicam utilitatem recedere non debet, etiam quod in aliquem locum comparere iurasset.
- 35 Publicam contra utilitatem esse, quomodo cognoscatur.
- 36 Iuramentum si non potest seruari sine iniuria vel damage reipublicae non subsistit.
- 37 Iuramentum non subsistit, per quod ciuitas ruinis deformatur.
- 38 Iuramentum non subsistit, quod tendit ad destruendum pontium.
- 39 Iuramentum, quod tendit ad lites extendendas, non subsistit.
- 40 Statutum si disponat, ut rustici accipientes mutuo frumentum possint tempore penurie soluere duos florenos pro qualibet corba, licet rusticus iuret soluere plus quam statutum disponat, tali iuramento stare non tenetur.
- 41 Statuto si caueatur, quod si forensis non soluat datia & collectas in communi non audiatur in casibus ciuilibus vel criminalibus, an valeat pactum promittentis aliter per iuramentum.
- 42 Iuramentum tendens ad confirmandum contractum alienationis rei ecclesiastice non seruata debita solemnitate, non obligat.
- 43 Iuramentum tendens ad confirmandam prorogationem instantia, quando sit nullum, & quando liget, & an locum habeat de iure canonico.
- 44 Instantia de iure canonico non est praesixa.
- 45 Serui adscriptorum alienatio non valet etiam iurata.
- 46 Statutum si fiat, vt illi qui tenentur soluere frumentum, liberentur soluendo certum quid pro sacco vel corbe, tali statuto renunciari non potest etiam cum iuramento.
- 47 Iuramentum vi inua detur, non sufficit quod sit praesitum contra leges ciuitatis, & etiam contra canonicos opus est.
- 48 Affixa domui, quando de ita, e amoueri possint.
- 49 Iurans tenetur iuramentum seruare, quando praedictum tertium est separabile a praedictio iurantis.
- 50 Leges saculares iuramentum impedire non possunt.
- 51 Sententia vt valeat lata ab eo qui caret iurisdictione, vel sine actis, partes efficere non possunt, ita nec perempta instantia.

O Mittendum etiam non est, acum in favorem publicum principaliter prohibiti iureiurando non confirmati, vt voluit Didacus Conarruicias in §.i.num.1.secunda partu, & est tex. in c. si diligenter extra de foro compet. & c. cum ad Apostolicam, extra de reg. iur. & l. ius publicum ff. de pact. Quibus quidem iuribus id satis expressum apparet, & ratione satis manifesta constat, nam ius publicum pactis priuatorum remitti non potest. Hanc conclusionem firmauit Bar. in d.l. si quis pro eo, num. 7. ff. de fideiuss. quem sequuntur Dd. ibi, & Ant. Butr. Abbas & alii in d.c. cum contingat, extra de iureiur. vbi tradit etiam And. Alc. n. 83. & Corne. in auth. sacramenta puberum, num. 29. C. si aduers. vend. Qui quidem omnes hanc conclusionem communem & frequentioribus calculis receptam arbitrantur, quam etiam communem esse dicit Io. de Imol. in d.e. cū contingat, n. 55. & si ab ea ideo recedat, quod licet ius civile aliquem actum reipublicae favore principaliter prohibeat, ob id tamen actus ille sive pontificio prohibetur. Vnde cum ius canonicum, t̄ quo ad vires & effectum iuramenti atten- denium sit, illud consequitur, vt talis actus iure tam- tum ciuilis principaliter prohibitus sit ob reipublicae favorem, & ideo iuramento confirmari possit. Huic rationi, seu argumento respondent Doct. vt cunq; t̄ actus quilibet iuratus sit, nemini nisi iuranti non praetendere & obesse: quod quidem satis ex- pressum est in d.c. cum contingat, in fi. verum si priuato actus ab alio iuratus praetendit non adfert, vtq; vt multo minus reipublice afferat, dicendum est: Et ideo satis ex his probatur Bar. opinionem veram esse, quicquid Imola in contrarium dixerit. Præterea hanc opinionem, quod iuramentum aliquid contra publicam utilitatem inducens, seruandum non sit, voluit Roman. in conf. 507. n. 1. Vbi inquit, quod si quis iurauerit quādo etiam millies episcopos vel Abbas eligatur episcopatum vel Abbatum non acceptare, si deinde in scio Pōtifice quod iurasset & deinde secundus eligatur, qui obiciat primo impedimentum iuramenti, quid tunc in eo casu dicendum sit, & an episcopus, vel Abbas non obstante tali iuramento fieri, seu esse possit. In hac questione, inquit Roman. duas esse gl. vnam in c. Archidiacionum, alias Florentinum. 85. distinct. & aliam in c. innocens. 22. q. 4. quæ ambæ hanc questione disputant, & tandem decidendo volunt hoc iuramentum seruandum non esse ex ratione, quod contra publicam utilitatem sit, vt habetur in Liurisgentium. ff. de pact. & hoc ideo vt dignior eligatur, factum videtur. Verum prædictis non obstantibus, contrarium verius esse arbitratur Rom. eo in loco, & inquit casum esse in l. fina. ff. ad municip. cum ea tamen modificatione, de qua ibi. Hac de re loquitur Cardin. post alios in d. c. ar- chidiacionum, vbi plene ac late pertractat, & habeatur etiam de hoc per Doct. in cap. cum inter, extra de iureiur. & in cap. debito, extra de iureiur. & tra- dit etiam Specul. in tit. de legat. §. nunc ostendendum, ver- sic. item Pape. in fi. & est etiam additio Nicol. Pig. ad Rotman. eodem in loco, qui dicit glos. opinionem esse magis communem, quam sequitur est etiam Bald. in l. fi. ad excludendum, versicul. quinto. C. de rebus credit. & Abb. in cap. si vero, colum. 3. versc. quinto, vbi Felin. colum. 2. extra de iureiur. & Ias. in §. item si quis postulante, numero 70. & ibidem Ludovic. Gomes. post alios quos refert, in fine distinguens vt ibi per eum, insti- tut. de actio. Præterea hanc eandem conclusionem sequi

De Executionibus, Tractatus. §. 9. 915

sequitur Thom. Gramma. in decis. 12. num. 17. & mouetur ex eo, quod de iure communi utilitas publica semper priuatæ præfetur. l. 1. & ibi tradunt communiter scribentes, & præsertim Bart. in 6. colum. versic. cum enim queritur, utrum publica utilitas, & Dd. in authentes, que. C. commun. delegat. & in l. 1. §. fina. vbi Bart. C. de cadu. tollen. Et etiam locum habere dicit, si utilitas publica priuatam includat, ut dixit Speculator in tit. de feud. §. quoniam. versic. decimo. & ideo idem iterum dixit Speculator in tit. de disputat. & allegat. in §. satidare. versic. queritur breuiter, quod ratione utilitatis publicæ sit, quod alias non fieret. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Petrus Ferrarius in sua practica Papiensi, in forma libel. super petitio. refut. in integrum, in §. nunc iurauit, num. 9. dum inquit, venio ad secundum articulum, qui est quando contractus principaliter ratione publicæ utilitatis, cuius exempla multa quidem sunt: utputa si fiat alienatio iurium Regni vel Ducatus aut Comitatus, & super tali alienatione iuramentum apponitur: effectus namque alienationis in eo casu, non obstante iuramento, nullus redditur, nullius uectoboris est, ut est text. in cap. intelligo, extra de iure iuruan. Hanc tamen conclusionem limitat Oldrad. in consil. 93. vbi loquitur de regia donatione iurata. postest etiam exemplum ponit in prorogatione iurisdictionis facta a clero de iudice laico, ut habetur in c. si diligenti, extra de foro competen. vel in venditione, seu legato rerum quæ ædibus sunt affixa. l. senatus ff. de contrahen. emptio. & l. catena ff. de leg. i. & in pacto prorogationis instantiae, ut habetur in l. proprandum. §. & si quidem. C. de iudic. & in aliis quampluribus similibus, de quibus in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. & l. 2. & l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 10. In quibus iuramentum si apponatur, nihil sane efficit, aut operatur, cum tales dispositiones non confirmet. & ideo inquit Doctor. accidere posse, ut si statuto aliquo iuramentum non fauore publicæ utilitatis disponatur, ei renunciari nullo modo posse, propterea quod si iuramentum nihil operatur, utique multo minus simplex renunciatio operabitur.

Præterea hanc eandem conclusionem tenuit Natta in consil. 289. num. 5. volum. 2. Vbi expresse ait, iuramentum eum contractum non iuramentum non confirmare, qui principaliter fauore publicæ utilitatis reprobatur, & ideo seruandum non esse, & si pro tali incautio to iuramento pœnitentia imponenda non sit, c. sicut nostris, extra de iure iuruan. & d. cap. sicut nostris, extra de iure iuruan. & d. cap. si diligenti, in s. & tradit Bart. in d. l. si quis pro eo, in secundo membro ff. desideiuss. vbi Angel. inde inferentes, pactum quo iuramento non confirmari, propterea quod est contra publicam utilitatem, & idem etiam de rebus ædibus affixis dicendum est, cum eorum alienatio publicæ utilitatis causa prohibita sit, ut ibidem latius prosequuntur: & ideo infert ibidem Natta ad feudum dignitatem adhexam habens, ut est i Marchionatus, ut scilicet disgregari & disiungi non debeat, nec possit assumendo scilicet fratrem in socium administrationis, propterea quod huiusmodi feuda indiuisibilia in sua integritate cōsistere, ut reliquæ iuramentum non devent. tap. maioribus, & cap. vacante, extra de præbend. & ideo id etiam conuentione & contractu aliquo fieri non possit in fratrem collatio titulo lucrativo: & ideo

inquiunt Dominorum pluralitatem inducendam non esse, ut habetur in tex. l. 2. §. nouissime. ibi, necesse fuit ab uno tantum reipublica consuli. ff. de orig. iuris, & est text. in cap. quoniam in plerisque, extra de offic. ordin. & videmus saepe Iureconsultos Diuorum fratrum, Diuorum Seueri & Antonini mentionem facere, de quibus nonnulla dixi in meo commento ad titulum de religio. & sumpt fune. in l. 6. vel quæ paterfamilias. §. si adhuc monumentum purum, num. 10. Ratio autem, quare dominorum pluralitas euitanda sit, ea esle videtur, t̄ quia una ciuitas duos Pontifices habere non potest, nec debet: quemadmodum t̄ corpus vnum cum duobus capitibus monstruosum est, cum publicæ utilitatis causa ad discordias & controvierias euitandas id inductum fuerit. Nam t̄ si eas communio in rebus priuatorum excitat, vtq; in regnis, & potentatibus multo magis excitabit, ut inquit Petr. de Anch. in consil. 339. Pro majori intelligentia. col. i. id quod multo magis in administri stranda iustitia & reddendis votis procedere potest, si fortasse diuersæ extensæ voluntates & opiniones. Quod autem pluralitas dominorum mala sit, ex infrascriptis manifeste apparet. Ouid. lib. 5. Metamorph.

Vivit ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Nec sacer à genero, fratribus quoque gratia rara est.

Vigilius lib. 1. Aeneidos:

Regna Tyri Germanus habebat
Pygmalion. scelere ante alios immanior omnes,
Quos inter medias venit furor ille Sicheum
Impius ante aras, atque auri cæcus amore
Clam ferro incautum superat, securus amorum
Germanæ. f. cunctq; diu cœlavit & agram
Multæ malus simulans vanæ spæ ludit amantem

Silus Italicus lib. 6. Belli Punici

Impia circa

In numero fratres cauea damnante furorem
Pro sceptro armatis inierunt prælia dextris
Is genti mos durus erat, patriumq; petebant
Orbati solium lucis discrimine fratres

Statius lib. 11. Teb.

Nondum ille peractus

Manibus vltices animam seruabat in iras:
Vtq; superstante, pronamq; in pectore sensit;
Erigit occultè ferrum, vitæq; labantis
Relliquis tenues odio suppleuit & ensem
Iam letus fratri frater sub corde reliquit.

Manilius lib. 4. Astron.

Ecce patrem nati perimunt, natosq; parentes,
Mutuaq; armati coēunt in vulnera fratres.

Ovidius lib. 4. Fasto.

Hoc Celer virget opus, quem Romulus ipse vocarat,
Sintq; Celer cura dixerat ista tua;
Nesci quis aut muros, aut factam vomere fossam
Transeat audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans, humiles contemnere muros
Cœpit, & his populus dicere tutus erit?

Nec mora tranfilii, retro Celer occupat ausum.
Ille premit duram sanguinolentus humum.

Horatius lib. Epod.

Acerba fata Romanos agunt,
Scelusq; fraternæ cadi
Vt imberbis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus crux

Lucanus lib. 1. bel. civil.

Nulla fides regni sociis, omnisq; potestas

HH 2 Impa-

*Impatiens confortis erit, nec gentibus ullis;
Credite, nec longe fatorum exempla petantur,
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

- 16 Patet ex predictis, pluralitatem † Principum esse malam. Vnus ergo sit princeps, ut est tex. in cap. imperiale. §. præterea Ducatus, in tit. de prohibita feud. alien. per Federic. & ideo cum reimpub. ab uno tantum administrari publice intersit, ob id quod plures s̄apē dissentiant, segniusue ea, quæ agenda sunt expediunt, ut late prosequitur. Petr. de Anchar. in d. consil. 339. merito iuramentum contra id præstatum non subsistit. eandem præterea opinionem, quod iuramentum non confirmet actum seu contractum principaliter fauore publicæ vtilitatis prohibitum, sequitur Rolan. à Valle in consil. 70. nu. 16. volum. 2. & loquitur de donatione non insinuata, & si in hoc contrarium verius esse videatur. Nam supra firmauimus, iuramentum insinuationem suppleret: † esse ideo ut donationem nō insinuatā confirmet, dicendū est. Verum quando conclusio Vallæ esset vera, & sic iuramentum donationem non insinuatam non suppleret, ea ratione quam Valla deduxit, videlicet quia verum non sit, ut insinuatio principaliter ob publicā vtilitatem inducta sit, sed priuatam, & si secundo loco publicam vtilitatem respicere videatur, propterea quod interest reipub. ne quis re sua male vtatur. §. penult. Instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. quo casu diximus supra, iuramentum actum inualidum non confirmare. Præterea hanc conclusionem sequitur Ioan. Corasius in l. admonendi, num. 33. ff. de iure iur. qui pariter vult, ut ibi contractus principaliter fauore publicæ vtilitatis prohibitus est, iuramento non confirmetur etiam iure canonico, nec seruandum esse, & ponit exemplum in clero, qui pacto iure iurando vallato iudicem laicum sibi constituit, propterea quod cum illud ut scilicet coram iudice laico non conueniantur in privilegium totius ordinis clericalis inductum sit, ne clerici † secularia subeant iudicia, priuata pactione tali iuri publico derogari non potest, nec ius iurandum licite seruati debet, quod contra canonica decreta illicitis pactionibus introducitur, d. cap. si diligenti, extra de foro competen. Et idem quod q; eadem ratione dicendum arbitratur de his,
- 17 quæ † iuncta & affixa sunt ædibus, ut scilicet vendi prohibentur, vel legati publicæ vtilitatis gratia, ut Auiola & Pansa consulibus senatus cœnit, ne publicus deforinetur aspectus. l. senatus ff. de contrah. emptio. & l. cetera ff. de lega. 1. & l. 2. C. de adi. priuat. legatum enī, vel venditionem huiusmodi ius iurandum non confirmat, ut voluit Bartol. in d. l. si quis pro eo, colum. 3. ff. de fideiuss. illud adiiciens,
- 18 quod cum publicæ vtilitatis gratia † instantiam durare triennio constitutum sit. l. properandum. Cod. de iudic. pactum quo talis instantia prorogatur, iuramento non confirmetur, cum tempus illud triennii partium consensu & voluntate prorogari non possit, ut dixit Accursius in l. secunda, §. sed si index. ff. de iudic.

Præterea hanc conclusionem confirmat etiam & sequitur Hippol. Riminald. Iunior in consil. 72. num. 36. volum. 1. cum actus est nullus ratione publicæ ut vtilitatis principaliter, per ea quæ voluit etiam Betous in consil. 48. num. 13. volum. 1. loquens de donatione facienda iuxta formam statuti, de quo ibi. verum id pender ab alia conclusione, videlicet, an

iuramentum formam suppleat statuti, de qua infra latius suo loco dicetur. Item conclusionem sequitur Christophor. de Castellio. in consil. 24. num. 47. dum inquit, iuramentum quod est contra publicam vtilitatem, vel morum honestatem obligatorium nō esse etiam de iure canonico. Loquitur autem de insinuatione, quod iuramentum insinuationem non suppleat. Præterea & Ludouic. Gomes. in 3. questio. num. 4. regul. de tollen. iure qua. Imola authoritate in d. cap. cum contingat, colum. 23. extra de iure iur. inquit, iuramentum illius qui principaliter iuravit in re publicæ præiudicium, non subsistere, nec valere: si vero principaliter in alterius præiudicium, in consequentiam autem vel quavis alia ratione in præiudicium re publicæ non obligare, nec tenere, ut habetur in l. 1. ff. de author. tut. subdit autem Gomes. quod huiusmodi inspecta opinione introductus videtur quidam stilus sacra pœnitentiaria ab antiquo usque in hodiernum diem, ut si petatur absoluſio ab alicuius membris mutilatione in literis, semper illa clausula † apponatur, si nondum parti leſa satisficerit, compicenter satifaciat, vel cum illo, vel illa concordet. Ratio autem est, quia sacra pœnitentiaria non intendit sua absolutione illi mutilato viuenti, de cuius præiudicio principaliter agitur, præiudicium aliquod inferre: at secus si nō principaliter, sed in quandam consequentiam, & vt aiunt, secundario præiudicium infertur: nam de tali præiudicio pœnitentiaria nō curat, ut patet ex absolutione ab homicidio, in qua talis clausula non apponitur, utputa quia ille de cuius præiudicio principaliter agitur, mortuus est. Alii vero, qui ob eius mortem præiudicium aliquod perpeti possent, mediate veniunt, & secundario, vel in quandam consequentiam: & ideo si eorum præiudicium non consideratur, mirum non est. & pro hac conclusione faciunt ea, quæ dixit Socin. sen. in consil. 226. col. pen. ver. ad idem facit. vol. 2. & in consil. 37. col. 3. vol. 3. cum concordantib. mentionem faciunt recentiores in l. si quis nec causam. ff. sc. cert. pet. & eam gl. finalem ad hoc propositum referr Fel. in d. c. quamvis. & in d. c. cum M. Ferrar. col. 16. extra de constit. & in c. humilis, col. 2. extra de maior. & obed. & in c. exhibita, in princ. extra de iudic. & in c. cum fit generale, col. 6. & in c. si diligenti, col. antepenul. extra de foro compet. & in c. quamvis. col. penult. extra de re iud. & in c. l. in princ. & in c. illa, col. 2. extra de accusat. & latius prosequitur Gomes. ibidem, quatenus pertinet ad ius quæsitum. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Ripa lib. 3. respons. c. 6. num. 2. & 9. Vbi id declarando inquit, quod quando esset verum ut actus fauore publico prohibitus iure iurando non confirmaretur. d. c. si diligenti, id tamen tunc verum esse, & locum habere arbitratur, cum principaliter fauore publicæ vtilitatis prohibetur, ut habetur in d. cap. si diligenti: secus vero si principaliter fauore priuatæ, in consequentiam vero vel secundario publicæ, ut de prohibitione fundi totalis dicitur, d. cap. cum contingat, id quod etiam de prohibitione donationis inter virum & vxorem dicendum est, quæ principaliter fauore ipsorum coniugum prohibetur, ne inuicem se ipsos expolient, unde sequatur diuorium, & consequenter ut stantibus concordantibus matrimonii ciuitas liberis hominibus repleatur. l. prima, ff. soluto matrimonio. Subdit ramen Ripa eodem in loco, predicta declarando precedentem conclusionem, vera esse & procedere,

Si ratio prohibitionis perpetuam causam prohibitionis publico fauore habeat, secus vero si perpetuam causam non habeat, propterea quod tunc iurando confirmatur, ut dixit Abbas Panormit. in d. consil. 95. sed sic est, quod in donatione prohibitionis causa perpetua non est, ex quo subsistit donatio inter virum & vxorem, si morte confirmetur, & in pluribus aliis casibus, ut dixit Cœpolla in cautel. 115. ergo itidem hanc conclusionem firmavit Roman. in consil. 466. num. 3. Vnde ibidem numero secundo, inquit, iuramentum de non recipiendo arbitrium in puniendis criminibus contra publicam utilitatem esse videtur, quia eo homines faciliter ad delinquendum inuitantur. *contrauenire.* ff. de pact. dotali. & cap. penult. extra de consuetud. Nam reipublicae utile est, ne crimina remaneant impunita. cap. vt fam. extra de sentent. excommunicatio. & l. Stichum. ff. de solut. & l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquilam, & l. si longius. §. si filius. ff. de iudic. & l. licitatio. §. quod illicite ff. de publico merito subdit, quod cum clarum sit, iuramentum si seruetur tolletur precedens ratio, ut crimina ad utilitatem reipublicæ puniantur, seruandum non est. l. si vnu. §. pacta. ff. de pact. & 22 authen. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. & iuramentum non recipiendi arbitrium, quod ad punienda criminia in futurum committendorum seruandum non est, propterea quod iurata conuentio, qua criminum animaduersio impeditur committendorum criminum tanquam delinquendi occasionem, seruanda non est, capit. quemadmodum. §. illud, cum glos. super verbo, criminis, extra de iure iurantur. quæ illum textum ita declarat, prout hic casus accidit in urbe Senensi. Præterea hanc conclusionem sequitur Thom. Gram. in consil. 16. nu. 5. vol. 1. in ciui- 23 libus. ex qua conclusione infert ad priuilegia & concessa ciuitati seu communitati Brundulii à rebus regni Neapolitani: disponebatur enim in dictis priuilegiis, ut debitores quorumcunque qui ad eam confugerent ciuitatem, tuti sint, & infra quinquennium molestia villa affici non possint ab eorum creditoribus. Vnde stantibus huiusmodi priuilegiis quæsumit fuit, an per quinquennium ibi habitando huiusmodi priuilegia ad debita iurata extendantur, per ea quæ late refert Ias. in l. quoties. C. de precib. Imper. offeren. & licet videatur dicendum, rescripta & priuilegia principium ad debita iurata extendenda non esse, ut ibidem late ipse prosequitur: attamen Thomas ipse Grammaticus inquit aliter de iure respondendum esse censeret, considerando maxime, quando priuilegia ciuitati, ut in casu nostro concessa sunt, non autem particularibus debitорibus, ipsi autem ciuitati ob publicam utilitatem. Nam tunc iuri publico etiam cum iuramento renunciare non possunt, ut voluerunt Bartol. & Bald. in l. si quis in consribendo. Cod. de pact. vbi Bart. distinguendo inquit, quod quando est ius publicum & principaliter cotinet publicam utilitatem, licet ex consequenti priuatam, non potest priuatus publicæ utilitati præiudicare. & præsertim quādo sine præiudicio publicæ utilitatis separari non potest, ut accidit in casu illo, in quo cessabat illud priuilegium, & ex consequenti publica utilitas, si cines aliunde debitores admissi non essent, ex quo illud ei ciuitati concessum erat, & ideo alterius renunciatio præiudicare non potest, & ideo nec alterius iuramentum ea ratione, quod iuramenta ex

parte & iurantium sunt personalia, ut dixit Innc. 24. in cap. veritas, extra de iure iurantur. & ideo si iuravit debitor, non tenetur ciuitas, cum sit ius iurandum personale. Præterea ut ad rem nostram redeamus, quoties huiusmodi priuilegia propter publicam utilitatem concessa sunt, non dixit Thomas Grammaticus, nec considerauit publicam utilitatem in eo versari, ut illa ciuitas hominibus repleteur, ut non solum se ipsam à Turcis & piratis defendeat, sed etiam ut esset totius regni Neapolitani propugnaculum. Et ideo cum essent illa priuilegia causa publicæ utilitatis concessa, iuramentum contra illam publicam utilitatem seruandum non est, & ideo ipsa vniuersitas, in cuius principaliter præiudicium vertatur, iuramento alterius debitoris non ligatur in visu talis priuilegii admittendo ciues extra-neos debitores indistincte, large illud priuilegium intelligendo ratione publicæ utilitatis, cum de iure communi utilitas publica semper priuatæ præferatur, ut ibi latius per eum: ac etiam, quia huiusmodi publica & utilitas in eo etiam consistere potest, 25 quod ciuitas liberis hominibus repleatur. Potest etiam ex prædictis inferri ad ciuitatem Pisarum, vel Liburni, vbi sunt quæplures exemptiones, ut sci-licet debitores, qui illuc se conferunt ad habitandum, capi seu inquietari non possint, etiam quod per instrumentum iuratum contraxiscent. Tale tamen iuramentum, quin huiusmodi exemptione vti & frui possint, impedit non potest, & ex consequenti iuramentum non ligare eos dicendum est, quo sit ut seruandum non sit.

Item hanc conclusionem sequitur Dominicus à sancto Geminiano in consilio oduagesimo tertio, numero 9. & ideo infert ibidem, num. 9. versic. secundo modo, ad compromissum factum ab Abate & conuentu sancti Antonii, & inquit nullum extitisse, & cum de 26 rebus monasterii compromissum fieri non possit sine superioris autoritate, ut notat Ioan. Andreæ in c. peruenit, extra de arbitrio. in glos. fina. & in c. tempore, extra eodem tit.

In hoc autem casu superior dicitur summus Pontifex, propterea quod horum monasteriorum quodlibet immediate Pontifici subiectū est: Pontifex autem est dicēsanus. Exemplum ponit glos. in c. authoritate, de priuileg. lib. 6. & ideo cum Pontificis authoritas nō interuenerit, nullum fuit, & ideo iuramentum id conualidare non potuit, & quod est 27 nullum, ex quo impeditur utilitas publica. d. c. si diligenti, extra de foro competen. Publicam autem utilitatem ideo attingere dicitur, quia monasterium publica utilitas dicitur. cap. ius publicum, dislinct. 1. & præsertim, quia hoc secundum iuramentum illud primō lictō repugnat, quo in accipiendo monasterium, & cum Abb. euaderet iuravit in consulto Pontifice non alienare, ut notatur in c. ego N. extra de rebus eccles. non alien. Præterea quod iuramentum præstitum de iis, quæ publicum præiudicium comprehendunt, seruandum non sit, tradit etiam Franciscus Aretinus in consil. 156. num. 1. Item hanc conclusionem sequitur Corneus in consil. 78. num. 9. volum. 1. inquiens, quod si contra ius publici interesse causa iuramentum contractū non conualidat, & ultra alios refert etiam Ioan. de Ligna, & Angel. in d. cap. cum contingat. & ait ita tenere communiter Doctor in d. l. si quis pro eo ff. de fidei usso. & in d. auth. sacramenta puberum. & præsertim Castr.

& rursus eandem conclusionem tenuit Corne. in consil. 135. num. 4. volum. 2. addens Petrum de Ancharen. in cap. licet mulieres, extra de iure iur. inquiens omnes sequi hanc conclusionem, & iterum idem dixit Corne. in consil. 69. num. 33. volum. 2. afferens eam non procedere, ubi utilitas in quandam consequentiam non principaliter consideratur, ut ibi per eum. Item hanc conclusionem, quod iuramentum actum non confirmet, vel contractum ob publicam utilitatem reprobatum, tradit iterum Angel. in l. iuris gentium. §. si generaliter. num. 1. ff. de pact. & ideo inquit, quod 28 iuramentum + mutuum factum filio familias non confirmat, ut disputando tenuit Jacob. de Beluis. & idem tenuit glos. in l. fina. §. filii. C. de bonus, qua liberus. & subdit Angel. id alia ratione confirmari, videlicet 29 quia + ipse filius inhabilis redditus est, & ideo eum habilem non reddit iuriandum: & ideo eo in loco concludit, actum contra publica priuilegia iuramento non confirmari, ut habetur in d. cap. si diligenter, extra de foro competenti. Item hanc conclusionem sequutus est Alexan. in consil. 21. nu. 6. volum. 3. 30 & + loquitur de donatione immensa, ex quo videatur publicae utilitati repugnare, ne scilicet re sua quis male vtatur, argumento l. datam. C. de donat. & §. 1. in fi. Institut. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. & notat Guliel. in l. illud. C. de sacro sanct. eccl. Præterea hæc conclusionem sequitur Decius in consil. 432. numero 13. par. 3. licet in alio recedat ab alia communione supra confirmata, videlicet quod + iuramentum insinuationem non suppleat, ob id quod inuenta sit, ne quis re sua male vtatur ob publicam utilitatem: sed ut supra diximus, ab ea opinione, quod scilicet iuramentum suppleat insinuationem, recedendum non est. Item hanc eandem opinionem sequutus est Augustinus Berous in consil. 48. 32 num. 13. vol. 1. & exemplum ponit in muliere, + quæ pro marito fideiussit genero suo, & cocludit quod ea quæ fauorem publicum concernunt, vel ob fauorem publicum reprobantur, iuramento confirmari non possint, d. cap. si diligenter, extra de for. competen cum aliis supra deductis. Nam in eo casu in mulier remaneret indotata: quod quidem est contra publicam utilitatem, ut dicunt Doct. omnes in l. ff. soluto matrimon. & ideo Augustinus Berous in consil. 92. 33 num. 6. volum. 1. inquit + iuramentum illud non valere, quo quis à publico honore retrahitur, & loquitur de iuramento prælati contra commodum & ecclesiæ utilitatem præstitum, de quo infra latius suo loco dicemus. Item hanc conclusionem, q. iuramentum non firmet actum vel contractum prohibitum ratione publicæ utilitatis, iterum voluit Augustin. Berous in consil. 177. num. 18. volum. 1. & rursus idem Berous in consil. 10. num. 34. & num. 111. volum. 3. & de eo 34 loquitur, qui propter publicam utilitatem de regno recessit, & inquit quod id facere non debebat, etiam quod ad aliquem locum comparere iure iurando promisisset. Item quod iuramentum non confirmet actum vel contractum prohibitum propter publicam utilitatem, voluit etiam Bald. in l. pacta conuenta. §. & generaliter. num. 2. ff. de pact. Vbi pariter inquit non confirmare actum vel contractum contra propria priuilegia. Præterea iterum hanc conclusionem, quod scilicet iuramentum non confirmet actum vel contractum prohibitum principaliter ob publicam utilitatem, voluit Bald. in d. c. cum contingat, num. 11. extra de iure iur. per tex. in d. cap. 6.

diligenti, extra de foro competenti, ac etiam per ea quæ notantur in l. quemadmodum. C. de agrie. & censit. lib. II. & quærendo + quomodo cognoscatur, quod sit 35 principaliter contra publicam utilitatem, subdit id apparere ex eo quod vergat in præiudicium tributorum aut publicorum munera, vel impeditur cultura agrorum, vel aliud interesse reipublicæ, vel oritur ex eis aliquod ciuitatis dedecus. l. senatus. ff. de contraben. emptio. & l. cetera. ff. de lega. 1. & habetur in rub. Cod. sine censu, vel reliquis, & l. omnes tales. eodem tit. Et iuramentum + si non potest seruari absque 36 iniuria, vel damno reipubl. non subsistit, si vero seruari possit sine laesione reipublicæ seruandū omnino esse. l. inter debitorem. ff. de pact. vnde ex his infert Bald. ad tria dubia: Quorum primum est, an + iuramentum subsistat, ob quod ciuitas ruinis deformatur: & inquit non valere, utputa si tendat ad pontium destructionem + viarumque publicarum. l. 38 ad instructiones. C. de sacro sanct. eccl. tum etiam si tendat ad destructionem publicorum + molendino- 39 rum, utputa ciuitatis Bononiae. l. sed Celsus. ff. de contraben. emptio. & l. inter publica. ff. de verborum significatio.

Secundum est, si prorogetur instantia ultra triennium cum iuramento, nam terminus est introductus fauore publico principaliter, ut aliquis sit finis strepitus iudiciorum, & ideo iuramento confirmatur pactum, ut habetur in l. properandum. C. de iudicis. & late diximus in nostra præxi iudicaria, suo loco. Vnde subdit ibidem Bald. ad casum propositum, illud iuramentum, ex quo tendit ad lites extendendas, + prohibitum esse ob malam conscientiam: 40 Quandoquidem ex litibus cædes oriuntur, & vulnera. l. iure communi. ff. de seruitut. urbanorum prædio. Cædes autem & vulnera iure communi principaliiter ob bonum publicum prohibentur. l. congruit. ff. de offic. præsid. & l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam Ergo: Præterea Bal. ibidem, num. 13. inquit, qto ad hoc animaduertendum esse, quia si fortasse quispiam promitteret non opponere de peremptio- ne instantiæ, & hanc promissionem iure iurando confirmauerit, iuriandum seruare teneatur. & ratio est, quia potest seruari sine interitu salutis æternæ: nam hæc regula sine ullis limitationibus procedere videtur. subdit tamen Bald. ibi credere id verum non esse, propterea quod esset quodammodo per indicem publicæ utilitati contravenire, nisi fortasse dicatur regulam supra firmatam procedere, quoties ex tali iuramento vniuersaliter publicæ utilitati præiudicium adferri posset: At secus si ex eo actu ipsi iuranti præiudicium adferatur, utputa quia instantiæ prorogationem non induceret, nisi quo ad eum. At se us, si ex eo actu ipsi tantum iuranti præiudicium adferatur, utputa quia non inducat instantiæ prorogationem, nisi quo ad eum: secus vero si indicat præiudicium in genere, & ideo ibidem subdit Bald. Bartol. inde inferre, quod si statuto ciuitatis caueatur, + quod rusticus 41 accipientes mutuo frumentum possint tempore penuria soluere florenos duos pro qualibet corba, & id ne rus à cultoribus deseratur: Nam tunc licet rusticus quispiam iurauerit soluere plus quam statuto prædicto permisum sit, huiusmodi iuramentum obligatorium non esse: Bald. au- tem subdit, imo esse obligatorium, cum sine in- teritu salutis æternæ seruari possit. Verum ex quo statu-

Statutum bonum est & æquum, Episcopum deberet iurantem à tali iuramento relaxare, & si non relaxet, solutum repeti posse vti indebitum, vt habetur *in cap. debitores, extra de iure iurant.* Præterea etiam dicit, quod si statuto caueatur, quod forensis datia soluere non teneatur & collectas, *extra de iure iurant.* & prædictis addit, quod si forensis non soluat datia & collectas communi in casibus ciuilibus non audiatur, an tale pactum subsistat. Item quod iuramentum non valet contra publicam utilitatem, tenet Paulus Castrensis *in consil. 345, num. 6. vol. i.* & hanc opinionem tenet Imola *in dicto cap. cum contingat, num. 36. ff. de iure iurant.* & subdit Doct. communiter post Bart. velle, quod iuramentum ad talem actum improbandum à iure propter publicam utilitatem principaliter inductum non subsistat, nec obliget, & ideo non valeat: & ideo inquit, quod Bartol. *in dicto l. si quis pro eo. ff. de fidei usor.* dum voluit, vt iuramentum interpositum super illarum rerum alienatione, quæ adfixæ sunt ædibus, non confirmet contractum, nec seruandum sit, propterea quod ob publicam utilitatem prohibitum sit principaliter ea extrahere, quæ ædificio affixa sunt, ne vrbs ruinis & tali remotione deformetur. *dicta l. cetera. ff. de leg. 1. & facit illud, quod habetur in d. l. senatus. ff. de contrahen. emption. & supra diximus.* Ex eo præterea infertur, vt *supra diximus*, vt iuramentum ad finiendam instantiæ prorogationem non obliget, quia tendit ad perficiendum id, quod prohibitum est contra publicam utilitatem principaliter, *dict. l. properandum, in princip. C. de iudic. vbi tradit etiam gloss. & Bartol.* Dixit etiam Butrius *in dicto cap. cum contingat*, idem quoque esse, si iuramentum † tendit ad firmandum contractum alienationis rei Ecclesiastice initum non seruata debita solemnitate, propterea quod tunc illud iuramentum eadem ratione iurantem non obligat, *prout de hoc infra latius suo loco dicetur.* Item vt *supra diximus*, quatenus Bartol. voluit † vt iuramentum tendens ad confirmandam instantiæ prorogationem non liget, & sit nullum, inquit Imola *in d. cap. cum contingat, num. 36. de iure canonico non procedere,* at secus de iure ciuili, per ea quæ habentur *in l. non dubium. C. de legibus.* propterea quod licet de iure ciuili dicatur esse contra publicam utilitatem instantiam prorogare, de iure tamen canonico contra publicam utilitatem esse non viderur, cum de iure canonico † instantia præfixa non sit in causa principali, *cap. penult. extra de iudic.* & ideo videretur, vt secundum canones huiusmodi iuramentum, licet tendat ad prorogationem instantiæ statutæ à iure communio etiam propter publicam utilitatem principaliter, si sine interitu salutis æternæ seruari potest, seruandum sit, vt habetur *in d. cap. cum contingat. & in cap. si vero, extra de iure iurant.* & *in cap. 2. eodem tit. lib. 6.* Nec obstat inquit, text. *in cap. si diligenti, extra deforo comp.* quia ille tex. loquitur, quando actus non solum nō est approbatus propter publicam utilitatem, sed etiam à canonibus expresse prohibetur, & ideo ibidem dicitur, iuramentum licet seruari non posuisse, propterea quod contra canones illicitæ pactiones infirmantur, & ideo videretur vt vti iuramentum non obliget in dicto casu, quando publicam tollit utilitatem, & ita etiam contra canones: alioquin videretur remanere regula, vt si possit seruari sine interitu salutis æternæ,

seruandum sit. Vnde etiam videretur dicendum, vt licet de iure † ciuili si alienetur seruus adscriptitus fundi vel prædii, alienatio non subsistat, secundum ius ciuile, etiam quod sit iure iurando vallata, propterea quod talis alienatio propter publicam utilitatem prohibita videretur principaliter, vtputa ne cultura deseratur agrorum, vt voluit gloss. *in dicta l. 2. C. de agric. & censit. lib. ii.* Quoniam autem id à canonibus reprobatum non est, videretur talis alienatio iuramento firmari, secundum canones, cum possit seruari sine interitu salutis æternæ, & agriculturæ prouideri alteri locando. Ex his etiam inferri posse videretur ad illud, quod tradit Bartolus *in dicto l. si quis pro eo*, dum voluit, quod si fiat † statutum soluendi certum quid pro sacco frumenti ei iure iurando renunciari non possit, *vt supra diximus*, nam videretur tale statutum esse seruandum, ex quo à canonibus prohibitum non reperitur per prædicta. Inferunt etiam ex prædictis ad inutilitatem iuramenti non sufficere, vt sit † iuratum *contra leges*, sed etiam contra canones: vnde etiam voluerunt, *vt paulo ante diximus*, quod iuramentum præstitum super alienatione rerum, quæ ædibus affixa sunt, licet non obliget de iure ciuili, attamen ex quo de iure canonico seruari possit, nec reperiatur à canonibus reprobatum id, de quo interponitur, seruari debeat: Nam etiā in cæteris cibis † domui affixa euellere licet, vtputa si extra-hantur columnæ marmoreæ, vt in aliquo publico ædificio ponantur, vt habetur *in dicto l. cetera, cum ibi notatis. ff. de legat.* & ideo non dicitur habere perpetuam causam prohibitionis legis super dictis rebus. Quinimo videretur iuramentum aliquid operari, vt dictum fuit ab Imola *in dicto capitulo cum contingat, in gloss. magna.* Quinimo idem Imola in eodem loco inquit prædictis non obstantibus, Legistas omnes communiter cum Batt. sentire, & ibidem etiam Joan. de Lignano & Anchar. & Angel. *in l. si quis pro eo*, dixit quod vbi dispositio principaliter publicæ utilitati contradicit, iuramentum seruandum non est: & ideo prædictis non obstantibus videretur obtinere conclusio, *de qua supra latte dictum est.* Præterea hanc eandem conclusionem sequutus est Abbas *in cap. ex tenore, num. tertio, extra de concession. præben.* & rursus idem Abbas *in cap. dilecto, numero vigesimoprimum, extra de prebend.* & dicit. Itidem hanc conclusionem sequitur Joan. Maria. Riminald. *in consil. 425. numero i. volum. 3. & Ruin. in consil. 132. num. decimoquarto, vol. quarto, autoritate Butrii & Abbat. in dicto cap. cum venissent, extra de in-* sit. quod vbi cunque tertii præiudicium est separabile à præiudicio iurantis, iurans † tale iuramentum seruare teneatur: si vero inseparabile, vtputa quia præiudicium Ecclesiæ à præiudicio prælati iurantis separari non possit, & tunc seruandum non sit, prout hanc eandem conclusionem tenet Alexand. *in l. iuris gentium. §. si pacifcar, numero 3. ff. depact.* & idem dixit de alio pacto à iure communi reprobato & hanc opinionem sequitur etiam Ias. *in dicto §. si pacifcar, numero tertio.* vbi inquit, illud omnino manifeste de iure communi locum habere, ex quo olim ius ciuile infringere poterat & annullare iuramentum, vt in simili patet *ex l. si inquilinos, in fin. ff. de legat. primo.* & facit illud, quod voluit gloss. *in l. adigere. §. quamvis ff. de iure patr.* At de iure canonico, quo quodlibet iusurandum est, quod potest fine

interitu salutis æternæ. d. cap. cum contingat. Vnde
 5 o cum sit iuramentum quid spirituale, & ideo leges seculares illud impedire non possint, merito vt ille. §. si pacifcar, de iure canonico non procedat, dicendum videtur. De hoc nonnulla tradit Paulus Castrensis in dicto §. si pacifcar. per text. in cap. 2. de pact. lib. 6. & in dicto cap. cum contingat, cum suis concordantibus. Præterea Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 38. ff. de verborum obligationibus. & Philip. Corne. in authent. sacramenta puberum, num. 48. C. si aduers. vendit. hanc eandem conclusionem sequuntur. Vnde & ipsi quoque inferunt ad res ædibus affixas, quod vendinon possint ob id, quod eorum alienatio principaliter fauore publicæ utilitatis prohibita est, & idem tenuit Castrensi. in d. authent. sacramenta puberum, vbi Corneus quæsivit, an illa authen. & hæc conclusio procedat de iure canonico, & inter alia ea ratione, quod perpetuam prohibitionis causam non habeat, posset fortasse dici, illud quod dicitur de ædibus affixis, ideo in dicta l. cetera, procedat: quia licet amoueantur, ex quo tamen amotæ alteri publico ædificio inferuntur, quamvis ex vna parte vrbs deturpari videatur, ex alia tamen pulchrior reddatur, quod sane animaduertendum est. Infert præterea etiam Corneus ad illud, quod supra diximus de seruis adscriptitiis. Pariter etiam infert ad statutum permittens, vt quilibet obligatus ad frumentum quandam pecuniarum summam soluere possit, prout supra diximus, tali statuto iuramētum renunciare, & idem dicit ibidem Corne. de pacto prorogationis instantiæ. Item quod iuramentum non confirmet actum seu contractum contra publicam utilitatem, voluit etiam Bald. in l. rem maioris, num. 39. C. de reſcindend. vendit.

C A P. CCCXXXV.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum contra bonos mores nihil operatur.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum non confirmat actum vel contractum à iure prohibitum ob id quod sit contra bonos mores.
- 2 Pactum de futura successione iuramento non confirmatur.
- 3 Pactum quod liberam testandi factiōnem inducit iuramento non confirmatur.
- 4 Turpis stipulatio iuramento non confirmatur.
- 5 Iuramentum turpiter interpositum, vtputa per vim & metum, non obligat.
- 6 Mores contra bonos quando dicatur de iure ciuili, & quando de iure canonico.
- 7 Mores contra bonos esse tribus modis dicitur.
- 8 Iurans non alere filios, tanquam hoc iuramentum sit contra bonos mores, non obligatur, nec tali iuramento parere tenetur. Itidem iurans Deo non obediens, vel ecclesia.
- 9 Iuramentum contra bonos mores, quando non obligat.
- 10 Iurans non renocare testamentum, eo iuramento non obligatur.
- 11 Pactum initum inter fratres defutura successione, et-

iam quod sit reciprocum, non valet, etiam quod sit iuratum.

12 Pactum contra bonos mores canonicos, quando dicitur.

13 Pactum inducens peccatum veniale, non valet etiam iuratum.

14 Statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio, non valet.

15 Conuentio iurata, qua impeditur criminum animadversio, seruanda non est.

16 Statutum, quo disponitur spuriis relinqui posse, non valet.

17 Legitimandi facultas iuxta statuta Pistoriensia.

18 Priuilegio concessò viduis, pupillis, & aliis personis miserabilibus, renunciari non potest, etiam cum iuramento.

19 Clausula illa, quam ponunt actuarii in querelis viuarum dicendo, quod cum iuramento promiserunt non variare, nihil prodest.

20 Declaratio eorum, quæ habentur in l. vbi cœptum. ff. de iudic.

21 Officiales pupillorum permittunt lites terminari, vbi cœptæ sunt.

Conuenit præterea supradictis, quod iuramentum † non firmat actum, vel contractum à iure reprobatum ob id quod sit contra bonos mores, vt inquit Bart. in dicta l. si quis pro eo. ff. de fideiūſſor. Dixit namque in hoc casu iuramentum obligatorium non esse, vt est textus in cap. non est obligatorium, extra deregul. iur. & ideo inferunt, quod pactum de futura & successione, quo dicimus in 2 duci votum caprandæ mortis, l. fina. C. de pact. iuramento non confirmetur, id quod pariter & etiam 3 in pacto, quo libera testandi facultas impeditur, locum habere arbitrantur. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationibus. Pariter idem de stipulatione turpi, † l. si plagi, & l. generaliter, ff. de verborum obligationibus, dicendum est. Itidem † si 5 turpiter interpositum sit, vtputa, vt supra dicebamus, per vim, dolum aut metum. Hanc enim conclusionem, quod iuramentum non conualidet contractum, vel actum à iure commune vti contra bonos mores reprobatum, firmauit Petri. Philipp. Corne. in dicta authentic. sacramenta puberum, numero quadragesimoprimo, C. si aduersus vendition. & ex iis quæ ibi dixit, intulit Corne. Bartolum voluisse, vt vbiunque ius ciuile dicit aliquid esse contra bonos mores, & ideo tales actum inualidum reddat iuramentum iurantem non obligare, prout dixit in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationibus. & in l. si quis in principio testamenti. ff. de legat. tertio, & vbique. Hæc autem subdit Corne. procedere & locum habere, quando contractus ob bonos mores naturales reprobatur, securis vero si reprobetur ex eo, quod bonis moribus ciuilibus repugnet, vt dixit etiam Abbas in dicto cap. cum contingat, colum. quarta, extra de iure iurant. Quandoquidem non quicquid est contra bonos mores de iure ciuili, dicitur contra bonos mores de iure canonico. Illud enim † contra 6 bonos mores de iure canonico reputatur, quod ad peccatum iudicatur, vt post Cynum dixit Baldus in l. si quis inquilinos. §. primo, ff. de legat. primo, & in l. pacta, que contra. C. de pact. quem ibi sequitur Castrensis, & facit optime textus in dicto §. quamvis. de iure-

de iure iurauan. in sexto; & in dicto capitulo cum contin-
gar, extra de iure iurauan. tribus namque modis dici-
tur quid contra bonos mores. ¶ Primum secun-
dum naturam, vel quasi, utputa quando est con-
tra ius naturale, vel quasi, utputa si pater si iuret fili-
um non alere, Deo nō obedire aut Ecclesia in
spiritualibus: & in his casib[us] iuramentum non
tulere certum est. l. veluti. ff. de iure iurauan. & l. venia.
C. de in ius vocan. & in l. libertus, versiculo alimentorum.
ff. de oper. libert. Secundo loco dicitur quid contra
bonos mores de facto, utputa quia est turpe, &
tunc idem quoque, quod scilicet iuramentum non
obliget, dicendum est, vt habetur in l. iuris gentium.
§. generaliter. ff. de pactu. Tertio loco censura, id
est, iuris artificio: & tunc de iure ciuili iuramen-
tum non subsistit, vt scilicet ratione iuramenti iu-
ris ciuilis auctoritas corrumptatur. l. non dubium. C.
de legibus. At de iure canonico valet ob vinculum
religionis, quod sane est de iure diuino, vt dixit
Baldus in l. pactum, quod dotali. in octava questione. C.
de collation. quem sequitur Imola in dicto capitulo,
cum contingat; numero secundo, inde inferens, quod
licet secundum ius ciuile, quid dicatur contra bo-
nos † mores, ob id tamen iuramentum non cor-
ruat, nisi ius quoque canonicum illud contra bo-
nos mores esse velit, & existimet: vnde etiam in-
ferrunt Bart. in d. cap. l. si quis pro eo, & in dicta l. si quis in
principio testamenti, & in l. stipulatio hoc modo concepta,
voluisse † vt iurans testamentum non renouare, ta-
li iuramento non ligetur, reprobando Dynum, qui
contrarium consulendo firmauerat. Hanc conclu-
sionem Bart. sequitur Angel. in dicta l. si quis pro eo, in
fine, & ibidem Roma. & Butr. & Dom. a sancto Ge-
miniano, & Aret. in d. cap. cum contingat, & Legistae
communiter cum Bar. opinione pertransiunt, pro-
ut attestantur in d. cap. cum contingat. Iuramentum
tamen in hoc casu subsistere existimat ob id, quod
solummodo iuris ciuilis artificio o[ste]ra bonos mo-
res esse dicatur: quandoquidem turpe non est, nec
contra ius naturale vel quasi. Quamvis enim con-
tra sicut iuramentum testamentum mutet, muta-
tio tamen illa ratione d. l. si quis in principi. testamen-
ti, permissa est, prout voluntatim Ioannes Andr.
in cap. quod semel de reg. iur. in b. & in addit. ad Specu-
lat. in tit. de fide instrumen. in §. compendio, verbi. quid
si iurauerit, & si Specul. contrarium voluerit: at-
amen communiter probatur, vt Ioan. ipse Andreæ
attestatur, prout dixit etiam Imola in dicto cap. cum
contingat, in 12. carta. Iuramentum enim licet a-
etiam super quo apponitur conualidare soleat, a-
etiam tamen contra quem interponitur, in ualidum
non reddit, vt ex iis patet quae habentur in cap. fin.
de procurat. lib. 6. vbi habetur, quod si quis plam pro-
curarem non renouare iurauerit, si deinde reflo-
ceret, licet in periurium incurrat, vt supra late diximus:
reuoicationem tamen ipsam subsistere, vt inquit
Imola in d. cap. cum contingat. Præterea hanc con-
clusionem, vt scilicet iuramentum contra bonos
mores non liget, sequitur Matth. Afflict. in lib. 12.
feudor. in tit. quibus modis feud. amitt. in cap. 1. num. 30.
per text. in cap. in malis primiti. 22. quast. 4. & rotuit
etiam Bald. ibidem. Item eandem conclusio ha-
quitur etiam Nicol. Berous in quast. 240. num. 18.
volum. 1. dum loquens de pacto † inito inter fratres
de futura successione reciproco, & de pacto inter
coniuges, vt bona ad superuenientem perueniant,

inquit iuramentum in eis appositum, ex quo est
contra bonos mores, iurantes ligare non debere. d.
cap. non est obligatorium. Ratio autem est, quia sal-
tem indirecte libera testandi facultatem & supre-
num iudicium auferre dicuntur, vt habetur in d.
l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligat. &
ita inquit consulusse Paul. Castr. in consil. 176. super
primo puncto. & latius prosequitur Berous in loco paulo
ante relato. Præterea hanc eandem conclusionem se-
quitur etiam Franciscus Marci. in decisione 154. nu-
mero 27. & 28. part. 2. & etiam Roland. à Valle in con-
sil. 98. num. 15. volum. 1. vbi vult, quod vbi iuramen-
tum interponitur super aliquo contractu, aliave
qualibet dispositione, quæ sit contra bonos mores
canonicos, non subsistat, per ea quæ voluerunt Bal.
& alii in d. l. pacta quæ contra. C. de pact. & Paul. Castr.
in l. si quis in quilinos. §. si quis. ff. de legat. 1. vbi dicunt
ita intelligendum esse text. in c. non est obligatorium.
de reg. iur. in 6. & Alexan. in consil. 21. num. 16. volum. 3.
& in consil. 26. num. 3. volum. 7. & Bertran. in consil. 1.
num. 15. volum. 1. & Decius in consil. 345. col. 2; & Rippa
in respons. 6. col. penult. par. 3. & Curt. iun. in consil. 143.
num. 36. Dicitur autem, vt prædicti concidunt,
contra † bonos mores canonicos, quando inde o-
ritur peccatum, etiam quod sit veniale, vt dixerit gloss.
in c. si aliquid. 22. quast. 4. propterea quod licet pec-
cato veniali quis vita æterna non priuetur, eius ta-
men adsequitio, donec sit purgatum in purgatori-
o differt, vt dixerunt Abbas & Butr. & alii in d. cap.
si vero, extra de iure iur. id quod, vt inquit ibidem Imola,
adnotandum est. Eccl[esi]ode h[ab]et Bald. in l. fin. C. de
pat. pactum † inducens peccatum veniale, non va-
lere, & id vere inquit notandum esse Felic. ibidem.
i. in fin. ad euitandum mille iuramenta, & si vicia
lia peccata plurima sint, vt habetur in §. criminis, vi-
gesima quinta. distinct. & afflit. in cap. primo, §. item fa-
tamenta, num. sexagesimo quarto, in tit. de padeturam.
firman. Plane si huiusmodi iuramentum valereret, &
donationem factam a clericis concubinali validam
redderet, de qua ibi loquitur Roland. à Valle ma-
teriam delinquendi & occasionem præberet, &
ideo parceret peccatum, merito valere non debet.
Illud namque quod delinquendi materia præ-
ber subsister non debet. l. conuenire. ff. de pact. dotal.
Vnde videmus quod hec natura legis sit futuris
negotioris dare formam, attamen ad futuram nego-
tia non porrigitur, sed tantummodo ad præteriti
a, si alioquin daretur materia delinquendi, vt vo-
luerunt Bartol. & Bald. in l. cum lex. ff. de legib[us]. Fa-
cit etiam quod constitutio habens illegitimos
ad beneficia, de futuris non intelligitur, ne deinde
materia delinquendi, vt inquit Geminian. in cap. 1.
colum. fin. versiculo quid si Episcopus, extra de filii pres-
byt. in 6. quem sequitur Decius in capitulo cognoscentes in
secunda lectura, colum. secunda, extra de constitut. ibi
idem dicit de constitutione & statuto. Et idem ponit et-
iam Ruinus in consil. 179 numero septimo, volum. primo,
& in consil. 28. num. 18. vol. 2. Abb[us] & Val[er] in cap. fin.
extra de conjuratu. & recentiores in rubri de hominibus vbi
dicunt, † quod statutum imponens penam peccati
niariam pro homicidio, non valeat, nec tenet, ex
quo eo delinquendi occasio præstat. Et hanc es-
se communem opinionem fatetur Decius in dicta
cap. cognoscentes, colum. 1. & in materia iuramenti ita
ferunt Bald. in cap. primo. §. item sacramenta, in titulo
de pace iuramen. firman. & Roman. in consil. 466. colum.
secunda.

secunda, num. 3. vbi inquit iuratam conuentionem
 15 † qua criminis committendi animaduersio impe-
 ditur tanquam delinquendi occasionem præstan-
 tem seruandam non esse. cap. quemadmodum. §. illud,
 in gloss. in verb. criminis, extra de iure iurand. & idem vo-
 luit Ruin. in consil. 70. num. 9. vol. 3. & in consil. 179.
 16 vol. 1. Vbi inquit non valere statutum † disponens
 spuriis. relinqui posse, tanquam huiusmodi statu-
 tum bonis moribus repugnet, prout de hoc ex-
 trat statutum Pistorii sub rubric. 101. quo disponi-
 tur dicere vnicuique filios legitimos & naturales
 non habenti filiis suis naturalibus legata relinque-
 re, in quibus succedere possint. Dicitur enim in eo
 statuto licere vnicuique de ciuitate vel districtu Pi-
 stori non habenti filios legitimos & naturales ma-
 sculos vel fœminas, nec fratres germanos de pa-
 trimonio, nec nepotes ex fratribus germanis vel
 filiis legitimis in sua ultima voluntate legare seu
 relinquare bona seu de bonis filio vel filia, si ha-
 buerit, naturali spurio vel spuriæ vel qualitercum-
 que quæsito & non legitimo, nec naturali, &
 quod ei dimisit vel reliquerit valeat, & teneat, &
 ab intestato possit succedere, non obstantibus ali-
 quibus de prædictis in tertia parte bonorum di-
 citi sui patris siue unus vel yna sit, siue plures, non
 obstante aliquo iure ciuilinou vel veteri, & spe-
 cialiter aubentic. licet. C. de naturalibus liber. super l.
 humanitat. quod est extractum de corpore iuris in Au-
 thentic. quibus modis natur. effig. sui. Si vero aliqua ex
 prædictis personis extiterit, possit pater filio vel fi-
 liae naturali vel spurio vel qualitercumque quæsito
 relinquere vel legare vsque in quartam partem
 bonorum, quæ ab intestato eidem contigerent,
 si esset filius legitimus & naturalis. Et quod qui so-
 litus sit legitimare † & habeat autoritatem legiti-
 mandi, sufficiat eam probare per publicam vo-
 cem & famam: nullus tamen possit legitimari, ni-
 si interuenerit expressus consensus patris, sicut nec
 etiam valet pactum iuratum, & in terminis nostris
 quod huiusmodi donatio non confirmetur iura-
 mento voluit. Ripa in l. miles, in princip. colum. final.
 ff. de reiudica. & Aymon Crauet. in consilio vigeſimose-
 cundo per totum, & Capitius in decisione centesima secun-
 da; in fin. & quod huiusmodi donatio præbeat ma-
 teriam delinquendi satis ex eo patet, quod aperit
 viam clericis facilius inueniendi concubinias; Sol-
 lent namque huiusmodi mulieres impudicae ob-
 futurum quantum corpora sua subiicerent, l. 4. §. sed
 quod meretrici. ff. de condition. obtarp. caus. & l. palam.
 ff. de rite nupt. quæ quidem non ita subiicerent, si
 munera & pecunias non consequerentur, vt inquit
 Aymon Crauet. in consil. 229. colum. 2. Præterea
 hanc conclusionem, quod iuramentum non con-
 firmet actum vel contractum, qui bonis moribus
 repugnant, remuit etiam Tiraquel. in tit. de iure pri-
 mogen. quast. 7. & idem dixit Prosper Carabita in
 suis commentariis super Ritu magna Curia, Ritu
 231. num. 5. & cideo ibide. num. 3. ad priuilegiatos
 infere electionis fori, si alibi conseruatur, & con-
 sentiat, & deinde post litem contestatam forum eli-
 gere vult, & remitti petit ad forum electioni, an
 possit, & inquit Afflict. in const. regni, in verbo,
 statuimus, vt magna, in 7 notab. quast. 5. num. 12. hanc
 questionem mouere, & decidendo inquit non
 posse, si fortasse per errorem talis declinatoria ex-
 ceptio omissa sit, & id per ea quæ notat Alexand.

in l. si per errorem, num. 6. versic. ultimo limita. ff. de iu-
 risdiction. om. iudit. Verum subdit Crauet. quod Af-
 flit. id dixerit valde mirari, propterea quod con-
 cesso priuilegio † viduis, pupillis, & alis hoc ge-
 nus, tali priuilegio renunciari non potest, vt dixit
 gloss. & eam sequitur Bald. in l. vnica, C. quando Im-
 per. & Felin. in d. cap. si diligenter, in versic. tertium corre-
 larium, num. 16. extra de foro competen. & Barbar. in
 consil. 64. scribitur, colum. 3. vol. 4. & Petrus Rebiffus in
 comment. constitut. Frano. in tract. de sentent pronost. art. 3. gloss. fin. in fin. Ratio autem, vt ipsi dicunt, ea
 est, quia huiusmodi priuilegium miserationis in-
 tuitu concessum dicitur. Vnde si ei renunciari pos-
 set, misericordia tolleretur: quod quidem contrâ
 bonos mores omnino esset, vt inquit etiam Alex. in
 consil. 22. viso, num. 14. & in consil. 26. viso, in fin. vol.
 4. vnde etiam consequitur, vt licet cum iuramento
 promittatur ab eo foro non variare, non obstante
 text. in d. cap. quamvis. de pac. lib. 6. tale iuramentum
 vti contra bonos mores præstitum non obliget, d.
 cap. non est obligatorium, vbi gloss. & in specie per illum
 text. limitat d. cap. quamvis. Vnde in hac conclusio-
 ne inquit ibidem Crauettæ etiam post litem con-
 testatam, & conclusum in causa, huiusmodi priuile-
 giatos sibi forum eligere posse, & variare ab eo
 cui consenserant, etiam quod iurauerint, vt firma-
 ueretur. Ne. izan. in tract. silua nuptiali. lib. 6. num. 38.
 vbi inquit vidisse post causam appunctuatam viduā
 petere posse, ac etiam remissam fuisse, & ideo in-
 quid illud quod dixit Alex. procedere posse in aliis.
 quam in his: at animaduertendum Alex. ibi de vi-
 duis & pupillis non loqui, prout dixit Afflict. quod
 videtur notandum.
 Hæc conclusio limitatur, nisi cum priuilegiato
 sit coniunctus non priuilegiatus, propterea quod
 tunc ratione connexitatis coram primo iudice cau-
 sa terminari debet, vt inquit notabiliter Aret. in
 consil. 83. quia multa, col. 4. num. 7. versic. ultimo dice-
 bam. licet Neuizan. in d. silua nuptiali dicat id sibi
 satis durum videri, & ex prædictis inquit Carauita
 notandum esse, † illam clausulam quam actuarii 19
 apponere solent in querelis viduarum dicendo,
 cum iuramento promissæ non variare, in nihil pro-
 desse. Hæc etiam præterea adnotanda sunt ad de-
 clarationem eorum, quæ habentur in l. vbi cœptum.
 ff. † de iudit. Nec non etiam pro magistratu DD. 20
 officialium pupillorum, qui legem illam obser-
 uat, & ideo in eo foro obseruatur, vt licet eorum
 forus sit forus prædictorum magistratum DD. of-
 ficialium: † attamen si pupilli antequam sub eo
 rum cura redacti sint, iudicium alibi cooperint de-
 beat ibi perfici & terminari, vbi cœptum est; & ideo
 quod in foro prædictorum dominorum non retro-
 trahitur ad iudicia iam cepta, quod videntur con-
 tra eorum priuilegium: nisi fortasse dicamus quod
 ex quo à principio illi foro subiecti non sunt, & id
 eo ea priuilegia non sint consequuti, sed tunc con-
 sequatur, cum sub eorum cura esse incipiunt, quod
 fortasse aliter obseruatut in Regno Neapolitano,
 vbi fortasse deputatus est forus omnib. pupillis &
 viduis. Hanc præterea conclusionem sequitur Christo-
 phor. de Castello. in cap. 24. num. 47. licet inde in-
 fetat ad insinuationem & contra supra relata con-
 cludat, vt iuramentū insinuationem, non suppleat.
 Item hanc conclusionem, vt iuramentum non sub-
 sistat contrabonos mores naturales, tenet Guil. Be-
 nedict.

redit, in qua de episcop. numero 8. & 9. in tertia parte. vbi etiam vult, quod licet summus Pontifex multum possit contra bonos mores ciuiles, nihil tamen possit contra naturales, vt ibi late ipse per tristat. & hanc conclusionem sequitur etiam Paris. in consil. 69. num. 27. volum. 3. & Alciat. in consil. 135. num. 8. Firmavit etiam hanc conclusionem Corn. in consil. 294. num. 5. volum. 4. licet loquatur de bonis moribus naturalibus, & contra illos teneat iusurandum non subsistere, sed tantummodo procedere & locum habere contra bonos mores ciuiles, & se validet illos contractus, qui iuris ciuilis artificio contra bonos mores dicuntur, vt ibidem latius pereum. Et hanc conclusionem sequitur iterum Corn. in consil. 104. num. 3. vol. 2. & in consil. 60. num. eod. 3. vol. 2. & inquit tunc dici contra bonos mores, quando impedit liberam testandi facultatem, propterea quod neque pactum, nec stipulatio liberam testandi factionem impediens vii tanquam bonos mores valet. dicta l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationib. & iterum inquit ibidem, num. 4. bonos mores aliter accipi de iure canonico, aliter vero de iure ciuili. De iure enim canonico contra bonos mores dicitur iuramentum, vbi cunque sine dispendio salutis æternæ seruari potest. d. c. cum contingat, in fin. & d. cap. quamvis, eod. tit. lib. 6. Præterea hanc eandem conclusionem, vt iuramentum contra bonos mores præstatum operetur, nec valeat, voluit etiam Socin. iun. in consil. 89. num. 33. vol. 3. vbi num. 32. tenere videtur, huiusmodi iuramentum impedire ne possit reuocari, & iterum eadem conclusionem sequutus est Socin. iun. in consil. 8. num. 12. vol. 4. vbi infert ad insinuationem, & vult vt eam non tollat tanquam sit tale iuramentum contra bonos mores. Et rursus eandem conclusionem sequutus est Socin. iun. in consil. 143. num. 3. vol. 1. vbi nu. 36. inquit de iure canonico in tali materia, quod seruari debeat, & non dicatur aliquid contra bonos mores, nisi vbi si obseruetur inducit peccatum, & ideo vergit in dispendium salutis æternæ, vt voluit Bald. in l. pacta qua contra. C. de pact. vbi etiam Castrens. tradit.

Item hanc conclusionem sequitur Maria. Socin. senior in cap. si diligenti, num. 22. extra de foro competen. Vbi expresse inquit iuramentum nunquam contra bonos mores diuinos aut naturales aut publicos ad publicam utilitatem introductos quicquam operari, vt ibi latius pereum. Eandem conclusionem sequitut Decius in consil. 432. num. 15. par. 3. & hanc quoque opinionem sequitur Curt. iun. in consil. 98. num. 3. Vbi loquitur de quodam pacto inter nonnullos facto de alicuius hereditate inter se diuidenda, & inquit quod huiusmodi pactum, quia est contra bonos mores, non subsistit, nisi illa vel ille consentiat, de cuius hereditate tractatur & in eadem voluntate persistat usque ad mortem. Et haec conclusio adeo vera est, vt procedat etiam si interueniet iuramentum, prout concludunt communiter Doctores in l. fin. C. de pact. & ratio est, quia talis conuentio est contra bonos mores, & inducit votum captandæ mortis, & ideo succedit dispositio cap. non est obligatorium, de regulis iuris. in 6. Item hanc conclusionem quod iuramentum contra bonos mores non subsistat, firmavit iterum Augustin. Berous in consil. 164. num. 15. vol. 2. & loquitur de datione facta a patre filio spuri. & num. 8. versic.

secundo respondeo, inquit spuriū esse incapacem non culpa sua, sed vitio alieno, & ideo eo modo patrem puniri de suo delicto & luxuria. l. fin. C. de natur. liber. ac etiam vt homines ab huiusmodi vitio retrahantur, alioquin si passim ad libitum homines spuriis relinquere possent, ad peccandum inuitarentur, quod sane minime permittendum est, argumento l. humanitat. & l. fin. & l. in legem, vbi est optimus textus. C. de natural. liber. & ideo inquit huiusmodi iusurandum, quo spuriū ad percipientium bona paterna habitarentur, peccati nutrituum esse, & ex consequenti contra bonos mores non solum ciuiles, authent. ex amplexu. & §. fin. Institut. quibus modis natur. efficia sui. sed etiam contra bonos mores canonicos, quo iure spuriis relinquique ultraalimenta non potest, nec paterna successio deferri. cap. per venerabilem, in fin. extra qui filii sint legit. Vnde inquit, videmus quod statuta, quibus spuriū ad successionem paternam regulariter vocantur, vt peccati nutritiva, vt supra etiam ydimus & contra bonos mores non valere, vt late dixit Bart. in l. testamenti. & ibi etiam Castrens. Alexand. & alii. ff. de testam. & licet Bald. in hoc variauerit: at tamen Doct. alii, vt non valeant, communiter tenent, vt dixit & voluit Ancharan. in cap. 1. versic. ad idem, extra de constitut. & ideo num. 15. inquit, quod cum tale iusurandum sit contra bonos mores, & saltem per indirectum peccati nutritivum, merito non valet, nec iurantem ad obseruantiam obligat. dicto cap. cum contingat, & ibi tradunt communiter scribentes, extra de iure iurando. & tradunt recentiores Perusini in dicta authent. sacramenta puberum. C. si aduersus rendition. ita tale iuramentum non subsistit, vt absolutio seu relaxatio ab eo necessaria non sit, cum canon. & lex absoluant atque relaxent, vt in dictu iuribus habetur, & in capitulo si vero, vbi gloss. & scribentes, vbi etiam latius tradit Berous. Præterea hanc conclusionem firmat iterum Angel. Aret. in §. aque, num. sexto, cum sequentibus, Institut. de exception. querendo pro declaratione rei propositæ, quando iuramentum contra leges vel bonos mores dicatur, inquit Bald. in d. l. si quis inquilinos. §. fin. dixisse, id tunce cum in iure expressum reperitur: ipse vero, secundum Doct. in d. cap. cum contingat, inquit contra leges dici vel bonos mores, & id eo obseruandum non esse, vt habetur in d. cap. non est obligatorium, quando quis illud obseruando in peccatum incideret, vt notatur in dicto cap. quamvis, de pact. in 6. Et ideo eandem opinionem quod in eodem casu huiusmodi iuramentum non valeat, nec obliget, habetur in dicto cap. non est obligatorium, de regulis iuris. lib. 6. & Alberic. in l. non dubium, numero 9. C. de legibus. & eandem opinionem iterum firmat Albericus in l. si quis in princip. testamenti, num. 8. ff. de legat. 3. & hanc conclusionem sequitur etiam Bald. nouel. in tractatu de dote, in sexta parte, priuilegio. 21. num. decimoquinto. & ideo ibidem, num 16. infert ad pactum de futura successione, vt paulo ante diximus, & ideo iuramento non confirmatur, vt dixit etiam Roman. in l. qui superflitu. ff. de acquiren. heredit. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationibus. & sequuntur communiter Canonistæ, vt inquit Butrius in dicto capit. cum contingat, vbi etiam Imola, in primo casu secundi membra principalis de effectu iuramenti, in quantum repugnat iuri. Item hanc eandem conclusionem se- quitur

quicunque Paul. Castrensi. in d. l. si quis in quilius. §. si quis scripsit, num. 4. ff. de legat. i. & eandem opinionem tenet iterum Abbas Panormit. in cap. donatio, numero nono, extra de donatione inter virum & uxorem, vbi inquit de bonis moribus naturalibus intelligendum esse, non autem ciuilibus, propterea quod quodlibet iuriandum contra legem, contra bonos mores ciuiiles dici potest: quandoquidem quilibet lex in bonis moribus ciuilibus fundata est. cap. erit autem lex. distinct. 4. videmus tamen iuramentum contra leges praestitum subsistere, ut supra diximus, & habetur in d. cap. cum contingat, & in d. cap. debitores, extra de iure iurant. Rursus eandem opinionem tenuit Abbas in cap. significavit, num. 5. extra de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Eiusdem quoque conditionis est pactum illud, quo matrimonio liberatur. I. Titia, in princ. ff. de verborum obligationibus. Item eandem opinionem tenet Alexand. in l. pacta, qua contra, num. 2. C. de pact. & Afflict. in cap. vnic. 5. item sacramenta, numero 50. in tit. de pace iuramen. firmam. in feud. lib. 3. & Ias. in dicta l. pacta, qua contra, numero 4. Et iterum Ias. in dicta l. ex parte. §. mulier, num. 5. ff. de verborum obligation. vbi inquit de iure communione dicunt iuramentum esse contra bonos mores, quicquid improbum est & inhonestum, & si de iure canonico illud tantum inhonestum dicatur, quod peccatum inducit, secundum Bald. in dicta l. pacta, qua contra, in 2. notabili. C. de pact. & in l. pactum, quod dotali, in questione decimanona, C. de collation. & in l. non dubium. in 17. opposition. C. de legibus. & notatur in rubric. C. de condictione ob turp. caus. & in cap. i. §. item sacramenta, in tit. de pace iuramen. firmam. Vnde Ias. in d. l. ex ea parte. §. mulier, num. 7. ff. de verbis obligatis. notat ex eo text. quod vbiunque aliquid sit contra bonos mores, potest ad eum cohibendum pena imponi: & ideo dicunt Doctores ibi esse casum, quod cum quidam ita esset & pronus ad ludendum, ut seipsum continere non posset, promisit quidam amico suo quod non luderet, & casu quo luderet, sumam quandam pecuniam ei penae nomine daret: & dicunt huiusmodi promissionem valere, quia est iusta bonorum morum conseruandorum causa, ut est text. in d. l. ex ea parte. §. mulier. est namque satis apta cautela ad retrahendos homines a ludo: nam ob promissionem talis penae, quae valida est, & exigibilis, per illum text. facile quis ob huiusmodi ludendum auiditatem & inclinationem ludendive habet. bitum huiusmodi cautela retrahi poterit.

Ego aliquando ea usus sum: nam cum olim studiorum meorum causa, & praesertim conarum literarum, me rursus conferrem, accedit ut diebus festis aliquid ad ludendum inter seipso accederent, inter quos erat quidam commentarius, seu faber murrarius, cum illuc ludendi gratia conueniret, qui ita ludo deditus erat, ut nihil aliud die noctuque cogitaret. Ego cum viderem hominem depletum huiusmodi ludendi cupiditate, ut eum ab huiusmodi miseria pro viribus reuocarem (erat namque satis familiaris domus nostra & amicus) cum eo coram aliis qui ad ludendum illuc se contulerant conueni, ut vbiunque luderet, daret mihi sextarium frumenti, chirographum obligationis conscripsit presbyter parochiae, Ser Hercules, sive Don Hercules nomine: sed quia deinde ad legendum in studio Pisano recessi, licet nullies lascerit: nihil tamen

ab eo recepi, & praesertim quia intentio mea fuit, ut eum hominem ad amicum meum ita ad ludendum deditum ac pronum ab ipso ludo reuocarem ac retraherem. Præterea eandem conclusionem tenuit etiam Hieron. Butigella in d. stipulatio hoc modo accepta, num. 24. ff. de verborum obligationib. & Ioan. Annibal in l. nemo potest, num. 550. & 552. vbi infert ad prescriptionem, & vult ut iuramento praescriptio tollatur ea ratione, quod ad lites dirimendas reperta sit. l. fina. ff. pro socio. quandoquidem si iuramento tollerentur lites & controversiae nedum non dirimerentur & tollerentur, quæ quidem sunt contra bonos mores. l. si usus fructuarie, in fine, cum l. sequenti, ff. de usus fruct. quinimo multiplicarentur. Et pariter Ioannes Annibal in d. l. nemo potest, num. 480. inquit Bartol. in versic. quarit Dynus, nunquid pactum, &c. notare pacto praescriptioni futurae renunciari non posse, ut voluerunt Bald. Oldrad. & Cynus in l. centurio ff. de vulgar. & pupill. & iterum Baldus in l. fin. §. fin. ff. de tempor. appellat. & Raphael in d. l. nemo potest. & Alexand. Aret. & Abbas in rub. extra de praescript. & Roman. in consil. 201. pro decisione praesentis consultationis cum aliis de quibus per Alexand. in d. l. nemo potest. vbi Ias. haec conclusionem esse attestatur. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Angel. Perutin. in l. iurisgentium. §. sed generaliter, num. 2. ff. de pact. & eandem conclusionem sequitur Anton. de Petrut. in l. i. num. 30. ff. de iure iurant. distinguendo, ut supra diximus, inter bonos mores naturales seu canonicos & ciuiles eadem ratione, de qua supra diximus. Et infert ipse ad scholarem quendam clericum minorem & filium familias in studio Bononiensi degente, qui iurauerat non exire Bononia, vel eius districtu, nisi prius contractum debitum soluisset: si fortasse accidat, ut à patre vel Episcopo sub pena excommunicationis ad diem certam & petitam licentiam non tamen obtenta à creditore ad patrem, vel Episcopum revertatur, an in perjurium incidat, & tenet, ut non incidat, ut ibidem latius per eum, & supra etiam diximus eam ratione, quod reverentia, quæ patri à filio debetur, & praesertim familias à iure provenit diuino, naturali, & positivo: vnde est etiam illud quod in l. veteri, Honora patrem & matrem: & in l. ciuili dicitur, Parenti & patria parentum esse. l. 2. ff. de iustitia & iure. Quam autem potestarem habeat pater in filium familias, colligitur ex libris C. & ff. ex libris Institutio-num. & ff. videlicet ex tit. de patr. potestat. & ex tit. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. & ex libris C. ex tit. de bon. libert. per totum, & ex l. vnic. C. de emendat. propinq. ac etiam ex c. duo ista. 23. quest. 10. & ex §. solummodo. 45. distinct. cum similib. & ex cap. cum quidam, in 2. responso, extra de iure iurant. & late diximus in l. ff. de relig. & sumpt. fun. vbi diximus patres in summa fame filios, ut ex eorum pretio nutrientur, vendere posse. Vnde presupposito filium familias multiplici lege patri obligatum esse, & patere omnino debere, eadem quoque ratione, ut ornis obligatio cum iuramento vel sine f. etià à filio familias faluo patro iure, ita ut paternæ obligationi non præiudicetur, dicendum est. Nam inter alias conditiones, quas continet iuramentum, illa sane potior est, ut semper ius alterius faluum intelligatur. d. cap. cum contingat, & cap. quanto. & cap. veniens, extra de iure iurant. Nec obstat dicendum videtur, quod primæ obligationi iuramentum non accesserit, secundæ vero accesserit.

accesserit, propterea quod obligatio, de qua loquimur, in casu proposito sine peccato mortali consideratur, & ideo si infringi non potest, mirum non est. Quo sit ut iuramentum appositum non subsistat, ex quo ad peccandum inducitur, ut habetur in d.c. quant. prout voluit etiam Hostien. in d. c. veniens & Innoc. in c. sicut literis, in fin. extra de sponsalib. Hinc quoque est, ut filius familias sine consensu patris, excepto tamen religionis, vovere non possit, l. 2. ff. de pollicita. & id etiam, quod iuramentum accesserit, ita ut patria potestas dissoluatur, & id procedit etiam cum iuramento, c. pueri, & c. parvuli. 22. quest. 5. & c. tribus. 22. q. 3. & licet praedicti canones relati de impuberibus loqui videantur, idem tamen de puberibus dicendum est: quandoquidem in puberibus actas ipsa attenditur, & ea est quae obligat in impuberibus patria potestas, ut notant Innoce. & Hostien. in c. scriptura, extra de voto. & notatur in cap. mulier, in glos. penult. & fin. 22. quest. 2. & id ex eo procedit, quia filius factio suo, ut infra late dicetur, patri alterare, aut minuere obligationem non potest, cum tot legibus teneatur: Nam licet filius familias iniuriarum sibi illatam remittere possit, actioni tamen patri competenti praividicare non potest, l. prima, §. vsque adeo, ff. de iniur. & l. persona, ff. de pact. Quinimo etiam iuxtam sententiam Hostiensis filius familias, qui incurrit in cap. si quis suadente diabolo, non tenetur intimare curiae, ut ipse adnotat in c. mulieres extra de senten. excommun. & id etiam locum habet in seruis, mulieribus & aliis alieno iure subiectis, ut habetur in c. relatum, eodem tit. & in c. mulier. 22. questio. 7. & in c. manifestum, 33. questio. 5. cum similibus. & ad hoc facit etiam illud, quod notat Hostien. in c. indecorum, extra de etate & qualit. vbi tractatur, an faciat ordo liberet a patria potestate, id quod ea potissimum ratione procedit quia secunda obligatio priori praividicare non potest, sed de hoc infra late suo loco dicetur. Et ideo licet quantum in se est, iuramentum obseruare teneatur, ex quo sine dispenso salutis aeternae seruari potest, d. c. si vero, extra de iure iurand. Nec sit verisimile, quod filius vlla ex parte debito paterno praividicare voluerit, cum nec praividicare ei possit: merito nec in generali obligatione id cogitasse dicendum est, c. veniens extra de iure iurand. cum vulgaribus, prout optime declarat Hostien. in cap. quemadmodum, versic. 8. & versicu. 15. & in c. veniens. & in c. cum contingat, extra de iure iurand. & in c. 2. eod tit. & in c. 2. de pact. lib. 6. Et si fortasse opponatur, quod pater dando ei licentiam eundi ad studium, videatur omnia concessisse, sine quibus filius in studio commode esse potest, & ideo filius ipse familias fortasse absque tali iuramento pecuniam mutuo non reperisset, ut in simili videtur tex. in d. c. ex parte, extra de accusatio. & in l. si longius, ff. de iudic. duplicititer responderet Federic. Primum sibi filium ad libitum reuocate non licere, propter ea quod videtur in genere concessisse ea, quae verisimilia sunt, & non valde ardua, nec sibi praividicantia, iuribus supra deductis, ut est etiam tex. in cap. 2. de procur. in clemen.

Subdit tamen, patrem peccare filium reuocando, et si filius parendo non peccet, argumento eorum, quae dicuntur de uxore & monacho, qui licentiam habuit aliquid faciendi, c. monasterium. 23. questio. 5. & facit illud, quod notat Ioan. And. in cap. 1. de testib. in clemen. Præterea, quod hic scholatis à per-

iurio ob iussa episcopi excusat, ita ostenditur: si enim iussus paternus eum excusat, ut ex supra deductis manifeste apparet, vtique multo magis sui iudicis iussus eum excusare debet: quandoquidem valde plus potest episcopus illum in suum subditum exercere, dum est subditus. quam pater in filium, cum iudicium in inuitum reddatur, c. a. extra de iudic. cum similibus. ac etiam quia in obediendo maior potestas præponitur, c. que contra, 8. distin. ac etiam quia obligatio filii ad patrem est extra iudicialis. l. qui iurisdictioni, ff. de iuris. om. iudic. Vnde & filius in iudicialibus maior est patre & filio, & iudici pater obtemperare debet, nec tunc subest illi filius. ille a quo, in si ff. ad Trebel. & l. nanque, cum similibus. eod. tit. & si quo ad debitum naturale, pater teneatur. Facit etiam ad hoc illud, quod notatur in c. ad hoc, 30. dist. nam in iuramento, ut supra diximus, intelligitur exceptum ius superioris, & non solum summum Pontificis, sed cuiuslibet alterius superioris, d. c. veniens, extra de iure iurando, vbi tradit etiam Hostiens. & infra hoc latius suo loco dicemus. & ibidem etiam latius prosequitur Federicus. Plautus in Trinummo.

Pater adsum, impera quod vis: neque tibi ero in mora;
neque latebo

Si me abs tuo

Conspectu occultabo

Terentius in Andria:

Neque istic, neque alibi visq; erit in memoria.

Plautus in Trinummo:

Feceris par tuis ceteris factis, & patrem
Tuum si percosles per pictatem nolo ego cum im-
probis te viris

Gnate mi, neque in via, neque in foro nullum sermo-
nem

Exequi

Terentius in Andria:

Fac ut te decet

Cum istoc quod postulo impetro cum gratia

Plautus in Sticho.

Certum ne est, neutrum vestiarum persequi.

Imperium patris?

Prosequimur: nam quo dedisti, nuptum abire nolaz-
mus.

Curate igitur familiarem, ut protestis optimè

Nunc placet, cum recte monstras, nunc tibi

Auscultabis

Olympius Nemesianus ecloga prima:

Et parere decet ius, & gratia iubentur.

Mart. lib. 1. Epigram.

Laserat ingiat oeo perfidus ore magistrum;

Ausus iam notas contaminare manus.

Sed dignas tanto persoluit criminis penas;

Et qui non tulerat verbera, tela tulit.

Ouidius lib. 1. de arte amandi.

Pbillrides puerum cithara prefecit Achilleum;

Atque animos molli contundit arte ferros:

Qui toties socios, toties exterruit hostes,

Creditur annosum pertinuisse senem;

Quas Hector sensurus erat, poscente magistro.

Verberibus iussa prabuit ille manus.

Redeundo modo ad ea, unde diuertimus, quod scilicet iuramentum contra bonos mores præstatum nihil operetur, idem quoque firmat Ioan. Pet. Ferrarius in sua practica Papensi, in rub. for. mul. libel. super petitio. refit. in integ. in versic. tunc iuruit numero septimo. vbi inquit de hoc exempla plura adduci

adduci posse, ut puta in pacto affirmatiue de succedo concepto: quia ut supra diximus, inducitur votum captandæ mortis. Item in alio de quo in leg. fin. C. de pact. & in capit. ne captandæ extra de præben. Ac etiam in pacto, quo libera testandi facultas auferatur, de quo habetur in d. l. stipulatio hoc modo concepta, vbi tradit Bart. ff. de verb. oblig.

Nec non etiam in pacto, quo matrimonii libera facultas ac voluntas aufertur ut habetur in d. l. Titia. eodem tit. ff. de verb. obligat. Itidem in omni turpi & inhonestâ conuentione. quæ est, vbi quid deducitur turpiter in obligatione, ut notatur in l. generaliter, & in l. si plagi. ff. de verborum obliga. in quibus sane casibus & similibus, si huiusmodi iuramentum apponatur, nullum omnino est, nulliusue effectus, ut satis late voluit Dynus in d. ca. non est obligatorium, de reg. iur. in 6.

Vnde subdit ibidem Ferrarius hanc questio. quam inquit Dyn. publice disputasse. Quidam testator filium suum emancipatum præterit extra-neo instituto, & in ipso iuramento iuravit illud nō reuocare, & deinde aliud condidit, in quo filium illum suum hæredem instituit: & ideo quærebatur, an secundum testamentum valeat, non obstante prædicto iuramento. In qua dubitatione ita distinguebat, ut infra suo loco dicetur.

Accedat prædictis illud quod dixit Maynerius in l. in ambiguis. n. 152. ff. de reg. iur. dum vult, ut ex quo pater filiam, etiam quod sit emancipata, dotare tenet. l. fin. C. de dot. promis. prout post Cynum voluit etiam Salye. in auth. sed quamvis. C. de rei vxor. actio. qui dicunt non subsistere pactum de filia non dotanda etiam iuratum, arguendo de alimentis ad dotem, ut inquit Ludou Roman. in l. 1. ff. sol. mat. propterea quod non obstante tali pacto ita concepto à filio emancipato cum patre suo, ut aliquo ei dato non teneatur deinde ei alimenta præstare: attamen filius si egeat, ea nihilominus petere potest, cum huiusmodi pactum sit contra ius naturale, & ideo non subsistat. l. ius agnationis C. de pac. prout etiam inquit firmare Speculatorem in §. 1. versic. sed pone, quidam emancipauit, in sit. qui fil. sint legit. & tradit Bart. in l. si quis a liberis, §. parentis quamvis. ff. de liber. agnoscend.

Quinimmo, ut inquit item Ludou. Roman. etiam cum iuramento tale pactum non subsistit, & ad hoc adducit rex. in c. cum quidam, in si extra de iure. Ad cautelam tamen inquit petendam & concedendam esse absolutionem à iuramento, ut inquiunt ibi gloss. Ioan. And. Imola, & Panerm. Et ratio est, quia huiusmodi iuramentum, vinculum iniquitatis esse non debet, ut habetur in ca. quanto, eodem titu. & in c. inter cetera. 22. q. 4. Plane valde ini-
quum esset, si eo iuramento filiorum educatio impeditur, cum sit de iure naturali, c. ius naturale, distin. 1. merito idem quoque de filiarum dotatione dicendum est, cum ex iure naturali & æquitate procedat, l. eas. ff. de capit. diminutio. ius nanque naturale ut supra dictum est, pacto non remittitur, d. l. ius agnationis, & l. neque pignus, §. priuatorum. ff. de regul. iur. & Instit. de iur. natural. gent. & ciui. in princip. & l. fin. §. ipsum autem ff. de bonis, que liber. & faciunt ea, qua tradit Bartol. & Doct. in leg. alia. §. eleganter, vbi etiam Doct. sequuntur. ff. soluto matrim.

Contra prædicta tamen videtur facere illud: quod dixit Tiraquell. in prefatione. si vnquam, numero centesimo quadragesimo primo, C. de reuocan. donat. dum inquit, quod quamvis alimentis futuris extestamento debitibus simpliciter sine decreto Prætoris renunciari non possit, nec de illis transfigi. l. cum hi, in princip. ff. de transactio & l. de alimentis, Cod. eod potest tamen id fieri cum iuramento, ut dixit Bart. in l. si pro eo. colum. final. versicul. Decimo prohibetur. ff. de fideiuss. & Butrius in dicto capit. cum contingat, extra de iure iurand. vbi voluit etiam imol. in o. membro, in prin. & Panermit. in columna penult. extra de iure iurand. & Petr. de Anch. in capit. accessoriū, colum. septima, de regul. iur. libr. 6. & Deciu in dicta l. de alimenis, colum. vlt. versic. extra. gloss. verum idem Tiraquel ibidem, num. 156. inquit contrarium sensisse Specu. & Ioan. And. in addit. in §. primo, versic. sed pone, quidam in titul. qui fil. sint legit. & Bartol. sibi in hoc contrarius, in leg. cum hi ante finem. ff. de transactio. & Bald. in dicta leg. pactum, quod dotali, numero 22. & in eadem fin. questio. Cod. de collat. & in d. cap. cum contingat, colum. 2. versicul. item si diuertat extra de iure iurando, & obscure Alberic. in dicta l. de alimentis, in fine, Cod. de transaction & sic Tiraquellus hanc nostram conclusionem confirmat videtur.

Verum redeundo ad ea (quæ supra diximus) Curt. iunior in l. de questione, numero 56. & 57. pariter vult, ut ius iurandum non contrahat dispositio-nem, quæ liberam impedit testandi factio-nem, ut dixit etiam Bart. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, & cum eo inquit alios pertransire, ff. de verborum obligat. & tradidit etiam Corn. in consilio 6. prima facie, colum. 2. volum. 2. & rursus idem voluit Curt. iun. in consili. 25. nu. 5. volum. 1.

Præterea August. Berous in consili. 164. num. 9. vol. 2. de spuri loquens, vult ut iuramentum cum capace reddere nō possit, ex quo incapax est, ut supra latius diximus. Itidem quod alimentis etiam cū iuramento renunciari non possit, voluit Ioa. Crot. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, num. 38. ff. de verb. oblig. id quod de alimentis futuris, non autem præteritis intelligendum est: Futuris nanque etiam cū iuramento renunciari non potest, ut inquit Bald. in l. pactum, in quest. fin. C. de collat. & Barto. in d. l. cum hi, in fine. princip. ff. de transact. & Fulgos. in leg. qui finem, in princip. ff. de transact. per illum tex. licet idem Barto. sibi contrarius aliter teneat in l. si quis pro eo, in fin. ff. de fideiuss. & Imola in dicto capit. cum contingat, in penult. car. extra de iure iurand. & in l. de alimentis, colum. 2. versic. nunquid autem. Cod. de transact. & quod alimentis futuris renunciari non possit, tradit etiam Barth. Brixiensis in suis quæ strionibus venetialibus, in tit. de simon. questio. 73. numero 3. fol. 73. in 2. volum. tract. & rursus Barto. in l. cum hi, §. eam transactionem, ff. de transact. & Paul. Castren. ibidem, numero quinto. vbi extendit etiam ad ea, quæ pertinent ad alimenta, & sunt pars ipsorum. tamen Alberic. ibidem, super alimentis tunc transfigi posse arbitratur, cum melius non autem peior conditio sit, vbi idem dicunt Baldus & Ange. & Raphael Fulgos. & Ias. numero primo, & Bald. in l. pactum, C. de collatio, vbi distinguen-do inquit, maxime in alimentis in ultima voluntate relictis locum habere.

Rutsus idem dixit Fulgos. in dicta l. qui fidem, numero primo, ff. de transactio. Bart. autem in d. l. si quis pro eo, in

eo, in fin. prin. num. 17 ff. de fidei usq. contrarium tenere videtur, ut scilicet talis renunciatio iuramento firmetur, prout videtur voluisse Imo. in d. cap. cum contingat, num. 95. & Ias. in d. l. de alimentis, num. 3. Cod. de transact. Aymon autem Crauet. in consi. 109. nume. 3, vult, filium & filiam alimentis renunciare non posse, & simpliciter loquitur. & idem dixit in consilio 116. num. 2. & Socin. iun. in cons. 97. nume. 28. volum. 3. qui inquit, alimentis renunciari non posse, prout nec doti, quæ loco alimentorum succedit & loquitur de Regina Maria, & Ruin. in consi. 90. num. 9. volum. 2. Præterea Tiraquellus in l. si vñquam, in praefatio. C. de reuocan. donat. Primum, num. 142. inquit, quod licet non valeat simplex renunciatio futuræ hæreditatis. l. fin. C. de pact. cum similibus. valet tamen si iureiurando valletur, ut ibi notant omnes, & inquit esse text. in specie de iure canonico in d. c. quāuis de pact. lib. 6. ac etiā voluit valere pactū de succedendo si sit iuratū, vt voluit Bal. post Petr. à Cer. in c. 1. §. morib. in tit. si defeu fuer. cōrrou. int. dom. & agna. & Fort. Garci. qui Bal. mentionē non facit, in tract. de vlt. si. iur. car. 21. col. 1. versic. vnde etiam singulariter, & Zafius in consi. 1. illustres, num. 39. vol. 2. At deinde idem Tiraquel. ibidem, num. 157. inquit contrariam opinionē videlicet, quod renunciatio futuræ hæreditatis iuramento non confirmetur, tenere glo. ordinariam in d. l. pactum, quod dotali, in verbo, probatur post principium, & eam de iure ciuili veram esse contendunt Cynus, Bald, Corne. & Ias. ibi, & est alia similis glo. in l. si quando. § primo, in verbo, prægrauari, post principium. Cod. de inoffic. testamen. & in l. qui superstis, vbi etiam Imola & Roman. ff. de acquiren. heredit. & Bald. in d. c. cum contingat, colum. 6. versicul. iuramentum autem de non succedendo, extra de iureiurano. Vbi idem dicit procedere de iure ciuili: & in consilio 437. Quadam puella fuit dotata, colum. prima, volum. primo. Vbi negat de iure canonico valere dictam renunciacionem futuræ successionis alicui factam sine consensu eius, de cuius successione agitur, etiam cum iuramento. & idem Tiraquel. ibidem, num. 158. dicit non valere pactum iuratum de succedendo, nec de iure canonico, secundum eundem Bald. in d. l. pactum. in 5. oppositione.

Item quod pactum de futura successione non firmetur, iuramento, tradit etiam Augustinus Beccerus in consilio trigesimo, numero decimotertio, volumen tertio. & idem tradit Rui. in consilio nonagesimo octavo, numero undecimo, volum. primo. Vbi etiam animaduertit, pactum etiam de non succedendo iuramento non confirmari, propterea quod licet ex parte vnius sit de non succedendo, ex parte autem aliorum qui admittuntur, ob tale pactum & renunciationem de succedendo dicitur & ex consequenti de futura successione, & ideo quo ad eos inducit votum captandæ mortis, & ideo non subsistit, quando non consensit ille, de cuius hæreditate agitur, dict. l. final. Cod. de pact. & iuramento non confirmatur, ob id quod est contra bonos mores, ut ibibem late per eum, ut supralatius dicimus.

CAP. CCCXXXVI.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

I. Iuramentum non confirmat donationem, que ingratitudinis vitio reuocari potest.

Praedictæ conclusioni addendum est, ut inquit Nicolaus Boerius in consi. 41. num. 11. 12. 13. & 14. loquendo de facta ingrato, & concludit ut non obstante iuramento illa donatio reuocari possit. & ratio est, quia ob tale pactum donatarius ad delinquendum inuitatur. d. si vñus, §. illud. & §. pacta, ff. de pact. & ita etiam voluit Speculat. in tit. de donatio. in versic. quid si actum est, & idem dixit Ioan. And. in addit. quod tamē intelligit, nisi in tali pacto iuramentum interuenerit, quasi tunc saltem ratione iuramenti subsistit, ut est tex. in c. quemadmodum, in fin. vers. quid si expresse, extra de iureiurano. Verum contra Ioan. And. tenet Ludou. Roma. in l. donationes in concubinam, §. 1. in fin. ff. de don. motus potissimum ea regula generali d. ca. non est obligatorium, de regul. iur. lib. 6. Nam iusurandum contra bonos mores obligatorium non est, prout etiam habetur in dicta l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. vbi ad praedictum cap. quemadmodum, respondendo, quod sane loquitur, quando expresse quis iurauerit donationem non reuocare ob futuram ingratitudinem & idem quoque ibidem voluit Anch. in fin. inquiens reperisse in additione Raynerii ad Cynum, huiusmodi pactum valere, qui respondebat ad text. in d. l. si vñus, §. illud. propterea quod in tali casu ius agendi non remittit ob delictum futurum, & idem voluit ibidem Zabarella in vlt. quest. & singulariter idem Zabarella in additione ad Abbatem. & sic in d. c. fin. in apostilla incipiente, & ita dicit Bal. & ibidem Anto. à Butrio in quest. 2. inquir opinionem contra Ioan. And. esse veram, & si deinde dicat in c. quemadmodum, ratione huius vltimi dicti Doct. tenere opinionem Ioan. And. & eandem opinionem tenuit Corne. in d. cons. 102. in causa, & idem tenuit etiam Ioan. And. in d. c. fin. col. 5.

Subdit ibidem Boerius, hanc conclusionem nō habete locum, si sequamur vnum intellectum Bal. in l. 1. ff. de rer. diuis. De hoc autem late tradit Imola in dict. l. fin. col. 7. versic. vltierius querit Ioan. And. & etiam in vlt. versic. quid si in donatione, & Alexan. in l. stipulatio hoc modo concepta, versicu. tangit in hac questio. & in dicto cap. 40. super primo dubio, colum. fin. vers. frustra enim, & Ias. in d. l. fin. col. 5. post princip. versicu. adde quod si filius commisit, de pact. & est tex. in d. c. quemadmodum, qui loquitur etiam in delicto committendo. Nec obstat subdit Boerius ibidem, nu. 13. quod id det materiam deliquendi, propterea quod non obstante iuramento, de delicto accusare potest ad pœnam impediendam: licet non quo ad propriam utilitatem, ut est text. in capit. quemadmodum, & ita (ut inquit Alexan.) Practica obseruat. & idem voluit in consilio quadragesimo. ac etiam Ioann. de Imola in consilio trigesimo quinto, colum. septima, versic. an autem res donata, ac etiam patiter idem dixit Felynus in capit. si delegat. colum. 6. versic. Quintum corollarium. & miratur quod de Alex. mentionem non fecerit. & rursus idem Abbas Siculus in dicto cap. quemadmodum. §. sciendum, colum. penult. versic. excludo tam materiam, non tamen resedit in ea opinione. & idem Ioan. Fab. in d. cap. sciendum,

dum. colum. penult. versi. quid si renunciatum sit. At Boerius tutius esse arbitratur, quo ad priuatum interesse non cogere, sed criminaliter ob delictum agere, ut ipse ibid. latius prosequitur.

Hanc eandem conclusionem sequitur Ioan. Anton. Rub. Alex. in conf. 114. nū. 3. vbi etiam ipse exemplificat in donatione iurata de non reuocando et iam ob ingratitudinem; & inquit non obstante iuramento reuocari non posse, ex quo in ipso instrumento donator iurauerat nunquam reuocare donationem ob villam ingratitudinem, & tale pactum iuramento confirmari, ut probari videtur, in d. c. quē admodum, in f. extra de iure iurā. prout per eum tex. tenet Ioan. And. in d. addit. ad Specul. & hoc dictum communiter recipitur, ut inquit Alexan. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, col. pen ff. de verborum obl. & Ies. in l. ff. col. 5. C. de pact. & in d. l. sed & si quis, §. quæstum, colu. 4. ff. si quis cautio. & Alex. in d. conf. 40. col. fin. vbi respondet ad id quod dicitur quod tale iuramentum est contra bonos mores & idem voluit Felin. in d. c. si diligenti, col. 7. extra de foro comp. & Imol. in conf. 30. ex quib. concludit illa donationē p̄tētē alicuius ingratitudinis reuocari non posse. Hanc etiam opinionem tenuit Socin iun. in confil. 89. nū. 33. vol. 3. vbi num. 32. quo ad hoc firma hanc eandem conclusionem, referens se ad dictam additionem Ioa. And. ad Specul. in tit. de donatio. §. 1. vers. quid si actum sit, & hanc conclusionem tuerur & communiter receptam esse ait Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, colum penult. ff. de verborum obligatio. & eam etiam inquit sequi Felyn. in dicto capit. si diligenti, col. 7. in 6. fallentia, extra de foro competen. vbi etiam ad contraria respondet, & idem voluit Ias. in l. sed & si quis, §. quæstum. col. 4. ff. si quis cautio. & Claud. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, colum. quarta, & Bauer. in tractat. de virt. iuramen. in casu 308. & ita etiam nonnullos ex prædictis allegando hanc eandem conclusionem sequitur Purpur. in l. fin. numero 148. Cod. de pact.

C A P: CCCXXXVII.

A R G V M E N T U M .

Iuramentum super actu illicito, non obligat.

S V M M A R I A .

- 1 Iuramentum illicitem vti contra bonos mores, seruandum non est.
- 2 Pactum de hereditate alicuius viuentis, quando intelligitur de presentibus tantum subsistit: nam tūc non impeditur libera testandi facultas.
- 3 Iuramentum, quando dicatur illicitem, ita vt seruari non debeat, requiritur vt utraq. salus, spiritualis scilicet, & temporalis periclitetur.
- 4 Iuramentum ex causa iniusta non obligat.
- 5 Statutum requirens solemnitatem in obligatione mulieris, quando dicatur peccatum inducere.
- 6 Iuramentum illicitem & peccati nutritium non obligat sine absolutione superioris, & ideo iurans contrauenire potest.
- 7 Paulina de rebus ecclesiæ non alienandis, declaratur.
- 8 Iurans peccare, etiam venialiter, iuramentum obseruare non tenetur.

9 Iuramentum seruandum est, si nō vergat in peiorē exitum.

10 Iurans peccare venialiter, iuramentum adimplere nō tenetur.

11 Iuramentum, quomodo differat, an vergat in dispensationem salutis aeterna, vel in peiorē exitum.

12 Iuramentum inducens tantum peccatum veniale, nō est seruandum.

13 Pactum includens peccatum veniale, nō tenetur.

14 Ligā iurato, qua tendūt ad homicidia illicita, sunt ipsi iure nulla.

Seruandum etiam non est t̄ iuramentum illicitem, propterea hoc quoque contra bonos mores dici solet, ut paulo infra dicetur. Verum antequā ad alia transeamus, animaduertendum est, Aymonem Grauettam in consilio 139. loquendo de t̄ pacto & conventione bonorum donantis vel pacientis, tenere tale pactum subsistere. & ratio in eo casu est, quia illud pactum seu conuentio de bonis tantum praesentibus intelligitur, & ideo liberam testandi facultatem non impediri, & ideo contra bonos mores dici non posse, ut ibidem ipselate prosequitur.

Verum ibidem deinde objectis respondendo inquit, ad hoc t̄ iurandum illicitem dicatur, & ideo seruari non debeat, ut tranquille salutem periclitari oportere, spiritualem scilicet & temporalem. In hoc tamen instantium non videtur, cum iis repugnant quæ paulo infra dicentur. Non est etiam quatenus pertinet ad hunc locum, prætereundum illud, quod dixit Gozad. in confil. 3. nū. 29. dum inquit iuramentum t̄ vbiunque peccatum nutrit, auctum super quo apponitur, non conualidare, arguimento eorum, quæ notantur in dict. capit. quamuis, de pact. in sexto. & in d. capit. cum contingat, extra de iure iurand.

Exemplum autem huius sti dicti ponit Gozad. in cessione & donatione sub conditione facta, quatenus obtineat, & non aliter, nec alio modo: Ac etiam, quia cessio fuit simulata, cum inspecta summa & quantitate pro modico pretio facta fuerit. l. per diuersas, C. manda. Ac etiam aliis de causis, de quibus ibi tradit Goz. & ideo, ut ipse ait, huiusmodi iuramentum non prodest, cum per fas & nefas obtinere procurabat, & ideo dixit Decius in consilio 536. nū. 16. iuramentum super peccato mortali appositum obligatorium non esse, capit. 2. de pact. in 6. & d. capit. non est obligatorium, de reg iur. lib. 6. & ita concludit Bart. in dicta auhen. sacramenta puberum, C. si aduers. venditio. exemplificat autem id in statuto solemnitatem t̄ ad obligandam mulietem requiriante & prohibente, ne se obligare possit, & verba in personam dirigantur, & in eo casu inquit contrafacientem mortaliter peccare.

Præterea Augustinus Betous in consilio nonagesimo secundo. numero primo, cum sequen. volum. 1. inquit, quod quando iuramentum esset illicitem, t̄ peccatiue nutritium, seu inducitum, obligationem non parere, nec seruandum esse, ac iurantem propria auctoritate absque licentia & absolutione superioris metuere petiurii iuramento præstito contracere & venire posse, ut dixit Bald. in leg. si ad excludendum, Cod. de rebus credit. & tradunt Innocent. & Abbas & alij in cap. venerabilem, extra de electio. & clariss.

De Executionibus, Tractatus. §. 9.

929

elarius dixit Abbas in notabilib. in cap. quanto, extra de iure iuram. cum similibus, & facit optime illud, quod dicit Abbas in cap. fin. extra de rescript. Huius enim iuramenti exemplum ponit Berous, quatenus peccati nutritium est, & induxit vel conseruatuum, utputa si res ecclesiae à syndico quopia alienantur, & iuramento alienatio ipsa confirmetur, ut de hoc est tex. in extra iuganti Pauli Papae Secundi, quæ in odium contrahentium prohibet res ecclesiae & locorum religiosorum ultra triennium locari, quæ incipit, Ambitiosa cupiditati, sub titul. de rebus eccles. non alienan.

Nam huic prohibitioni contraueniens peccatum mortale incurrit, propterea quod Pontificis prohibitionem impugnans, & præsertim valde prohibitum, mortaliter peccat, ut dicunt communiter Docto. in cap. primo. & in cap. nam concupiscentiam, extra de constitut. & est glos. & tradunt. etiam Doc. extra de maior. & obediens. & in c. qui resistit, II. q. 3. & in terminis nostris id voluerunt Abbas, Butr. Imola & alii in d. c. si vero, & in d. c. cum contingat, extra de iure iur. & Doct. & præsertim C. in d. auth. sacramenta puberum, C. si aduers. venditio. & ipsi fortasse dubium aliquid excitare videantur, videlicet an quis dispositionem positivam iuris communis impugnet, atramen illud pro constanti habent eum peccare, qui Pontificis dispositionem prohibitu[m] impugnat, & ex consequenti ius canonicum positum, ut ex prædictis apparat. Id præterea valde clarius ita ostenditur: Nam locantes & conducentes ultra triennium contra dispositionem prædictæ Paulinæ, in excommunicationem incurrit, ut ibi expresse habetur. ergo grauiter & mortaliter peccare dubium non est: Nam quis absq[ue] graui & mortal[iter] peccato excommunicandus non est, ca. nemo episcoporum, II. quest. teria. cum ibi notatis. Quin immo episcopus, qui eam Pontificis constitutionem seruari non procuraret, in peritrium incideret: Nam sub vinculo iuramenti episcopus seruare tenet, ac seruari curare & defendere suminorum Pontificiū canones, c. ego, & ibi notatur per Innoc. extra de iure iuram. Secundo confirmatur: Nam locatio rerum ecclesiastarum ultra triennium, est nulla, ac etiā à prædicta Paulina prohibita ad ecclesiae utilitatem ut ibi in principio habetur, & per totam, & præsertim ibi, & pia loca regantur illaſtentur, &c. & ibi, ac diuinis cultus detimento, &c. Ergo iuramentum super tali contractu appositum seruandum non est: & illud non seruans in peritrium non incurrit, ut latius ibidem tradit Berous. Præterea & Alciatus etiā in d. c. cum contingat, num. 34. extra de iure iuram. concludit, iuramentum peccatum inducens seruandum non esse, & hanc esse communem opinionem attestatur per text. in capit. intellecto, eodem titul. & tradit etiam glos. in dicto capit. licet, & idem etiam voluit Hostien. in sua summa, libro secundo, in tit. de iure iuram. 8 in versio. quomodo, vbi inquit, quod si t[em]p[or]e iuraui peccare, etiam venialiter, adimplere illud non teneor. Ratio autem est, quia esset addere peccatum peccato, cap. definitio, & cap. si quis 22. questio. quarta. Itē Cardin. Zabarel. in cap. graui, num. 15. in clemen. in titul. de v[er]sur, hac de re loquens, videlicet si fortasse quispiam iuret aliquid, quod veniale peccatum contineat: an illud sine interitu salutis æternæ facere possit. & soluendo difficultatem Mart. referendo

tamen se ad ea quæ notauit Archidia. in cap. quamuis, in glos. de pact. lib. 6. inquit ad hoc vt iuramentum seruari t[em]p[or]e non debeat, si in peiorum exitum non vergat, satis esse, c. si aliquid, & ibi tradidit etiam glos. 21. quest. 4.

Quæ quidem gloss. voluit, vt si quispiam iuret quod peccabit venialiter, huiusmodi iuramentum adimplendum non esse, quia adderetur peccatum peccato, dict. cap. definitio, 22. quest. 4. & ex consequenti quo ad hoc vt iurans suo iuramento contrauenire non possit, satis esse quod vergat in interitu salutis æternæ, vel saltē in peiorum exitum. Subdit tamen committere peccatum veniale in interitu salutis æternæ non vergere, ut dixit Archid. in d. c. quamuis.

Verum si queratur, quænam differentia t[em]p[or]e sit, an dicatur iuramentum vergere in interitu salutis æternæ, vel in peiorum exitum, vel dispendium, notat Ioan. And. in d. c. quamuis, & tradit Zabarel. in cap. si vero, extra de iure iuram. Vnde præsupposita tali differentia, subdit in d. cap. ex graui, tale iuramentum non vergere in interitu salutis æternæ, & nihilominus obligatorium non esse, per prædicta, prout voluit etiam Fely. in d. c. si vero, num. 4. extra de iure iuram. ibi, in gl. in deteriore exitum.

Præterea si tendat in dispendium salutis, t[em]p[or]e quia obliget ad peccatum veniale, cuius causa licet quis vita æterna non priuetur, eius tamen consequitio, donec si in purgatorio, purgatum differatur: & ideo tale iuramentum non obligat, ut dixerunt Butr. Abbas, & alii in d. c. si vero, allegantes Archid. & Ioan. And. in d. c. quamuis, de pact. in 6. & text. & glos. in c. si aliquid, 22. q. 4. Quod sane maxime adnotandum est, ut dixerunt Imola & Fel. in d. c. si vero. & in c. dilectus, in 2. colum. extra quod mer. caus. vbi idem etiam Butr. & idem quoque voluit Bald. in c. vnico. §. sacramenta, in tit. de pace iuramen. firman. & Imola in c. fin. colum. 2. extra de rescript. & in d. c. cum contingat, colum. 3. & ideo dixit Bal. in c. fin. extra de pact. t[em]p[or]e pactum includens peccatum veniale, non subsistere, & hæc inquit adnotanda esse ad irritandum quamplura iuramenta, cum venialis peccata quæ in eis includi possunt, quamplura & pene infinita sint, ut habetur in §. criminis, 25. distinct.

Quandoquidem aliud est interitus, & hic mortale inducit ob ipsum dispendium, quod denotat damnum, licet parvum, ut dixit etiam prius Ioann. And. Archidiac. à Laurentio habuisse, & Ioan. in dicto cap. si quid. Præterea idem de dicto iuramento in peiorum exitum vergente dicendum est, ut habetur in glos. id quod sex quidem modis contingere potest, ut inquit Archidiac. in dicto capitulo. si quid, per gloss. adducto, quem latenterunt Butr. & Abbas in dicto capitulo. si vero, & elegantius Bal. in l. si ad ostendendum, C. de reb. credit.

Præterea hanc quoque conclusionem firmat Afflictus in dicto c. vnico, §. item sacramenta, num. 64. in dicto titulo de pace iuramen. firman. & Ias. in §. item si quis, num. 72. Institu. de action. dum inquit iuramentum peccatum tantum veniale inducens, seruandum non esse, nec obligare, & si quatenus non obseruetur, vergat in dispendium salutis æternæ, ex quo continet aliquam offenditionem diuini nominis, ob id tamen non obligat, & inquit ita dixisse Archidia. in c. 2. de pact. in 6.

Et huiusmodi decisionem apud Legistas valde commendat, & notandum dicit Bal. in d.c. vniuersitatem sacramenta, col. fi. in tit. de pace iuram. firm. Præter ea, quod iuramentū illud, quod vergit in peiorum exitum, seruandum non sit, sex modis contingere tradit Abbas in dicto cap. si vero, colum. 3. versic. tertio casu, extra de iure iurare.

Hotum autem casuum primus est, quando aliquid iuratur, quod mortale peccatum continet. Secundus vero est, cum aliquid iuratur, quod veniale peccatum inducit. Terius præterea casus est, quando iuratur aliquid, quod indifferens ex se ipso: at ex circumstantiis veniale efficitur vel mortale, utputa exempligratia, si quis (ut supra etiam diximus) iuret non esse futurum negotiatorem, aut militem, vel quod non recipiet feudum aut murum: in eo n. casu si fortasse accidat, ut ille qui ita iurauit, nisi iuramento conueniat, viuere non possit, in eo casu iuramentum illud seruare non tenetur, ut dixit Abb. in loco predicto. Quartus casus est, quando quis ita iurat, ut huiusmodi iuramentum opus aliquod bonum ex necessitate faciendum excludit, utputa quod nihil ex charitate dabit. Quintus casus est, quando iuramentum excludit opera illa, quæ sunt de genere bonorum: ut exempli gratia (prout supra etiam diximus) si quis fortasse iurauerit nolle omnino episcopum fieri, & si non nulli huiusmodi iurandum valere ac subsistere arbitrentur, de quo tradit Abbas in c. si vero, colum. 3. vers. in contrarium tamen.

Sextus est casus, quando quis iurat Titium vel alium quemlibet non alloqui, vel in eius domum non ingredi: nam ita iurates iuramentum obseruare non tenentur, si cum pia intentione contrarium facere vult; utputa exempli gratia subuenire alicui, qui sit in necessitate positus, vel alicui optimum consilium aliqua de re dare, ut dixit in d. c. si vero, colum. 3. versic. sexto dicitur in materia ista, & Bald. in d. l. si ad ostendendam. Cod. de reb. credit. & Fely. etiam in d. c. si vero, versic. item dic. num. quarto, extra de iure iurando. Pariter etiam Sigismundus in libr. Statutorum, Bald. in verbo, iuramentum, numero no-
14. inquit, quoddy bicunque peius est, iuramentum seruare quam non seruare, tale iuramentum non subsistit, ob id quod in deteriorem exitum in eo casu vergere dicatur. & pariter idem inquit id sex modis contingere posse. Primus est, quando iuramentum in seipso malum est naturaliter, utputa si quis iurauerit committere homicidium, & Christus, extra de iure iur. & l. iuris gentium, & generaliter, ff. de pac. Vnde etiam est, † ut ligare iurata, quæ ad homicidia illicita tendunt, sint ipsi iure nullæ l. si à rev. §. circa, ff. de fideijs.

Secundus est modus, vbiunque iuramentum est sui natura indifferens, sed possit accidentaliter delictum resultare: ut exempli gratia dicitur de eo, qui iurat obedire rectori: Tale namque iuramentum indifferenter se habet ad bonum, & malum simplicitate verborum, sed inspecto iuris intellectu, de bono, non malo intelligitur, ut notatur in l. non videtur. §. qui in iussu f. de regu. iur.

Tertius modus est, quando iuramentum excludit opus pietatis, l. nullum, ff. de obse. Et ideo iuramentum non aduocandi sine salario vel non docto

randi sine toga in causis, vel personis pauperum non subsistit, & ideo seruandum non est. Quartus autem modus est, quando iuratur contra forum publicum, vel est tale quod sapit monopolium l. i. C. de monopol. & ideo in d. c. cum accessissent, extra de conf. & ideo statuta arcium, quæ monopolii sapient, iurantes non arctant. Quintus modus est, quando iuramentum excludit illud, quod est de genere boni, utputa si quispiam non doctorari iurauerit, vel opus aliquod laudabile non facere: quandoquidem cum illud bonos mores excludat, merito obligatorium non est, dict. cap. non est obligatorium, de regul. iuris lib. 6.

Sextus modus est, quando iuramentum est indifferens, utputa quia nec meritorium, nec demeritorium est in se tamen aliquo casu demeritorium effici potest, & saltem veniale peccatum inducere, utputa iuxta ea, que supra deduximus, si quispiam aliquem non alloqui iurauerit: hoc namque ex propria natura meritum non producit, posset tamen demeritorium effici, vel saltem veniale peccatum inducere: & ideo si video te errare, & non corripi peccato saltem venialiter: & ideo eo iuramento non obstante alloqui possum, propterea quod bonorum virorum officium est: erroribus obstarare, & eis pro viribus repugnare: & ideo dicunt, quod si quis iurauerit pecuniam credere, & id in malum publicum redundet, vel delictum, iuramentum seruare non tenetur. In his itaque casibus & similibus ab solutionem episcopi necessariam non esse arbitratur, & his de causis tam laicos, quam clericos à perjurio excusari arbitrantur, & amissione bonorum ac beneficiorum & dignitatum: Quod quidem notabile est, ut dixit Baldus in leg. si ad excludendam, Cod. de rebus credit. & ibi latius ipse prosequitur.

Præterea hanc eandem conclusionem sequitur etiam Afflict. super lib. 1. feudo. defeu. guard. & Castald. in dict. cap. item illud. numero 14. vbi expresse inquit iuramentum, quod vergit in malum exitum seruandum non esse, etiam si veniale tantummodo peccatum inducat, per ea qua supra deduximus. Item hanc eandem conclusionem sequitur And. Barbat. in consilio 1. colum. 29. in princ. vel folio 8. numero 15. volum. 1. vbi idem firmat, & Aegid. Bellamer. in c. si vero aliquis, num. 16. extra de iure iurando. vbi late prosequitur quintum modum, quod scilicet iuramentum excludit aliquid, quod est de genere bonorum, utputa si quispiam iurat, quod nunquam erit episcopus, vel cler. vel monachus, ut habetur in c. innocens 22. q. 4. & idem si iuret, quod non celebrabit in ea mense, vel quid simile. Ac etiam super sexto modo, cum excludit opus indifferens, utputa si quis iuret non alloqui Martinum, vel eius domum non ingredi, & addit quod non intrabit pro eo, vel quod non recipiet pro eo compromissum, vel quod non commodabit aut mutuabit ei, aut aliquid simile. Nam si aliquid simile indifferens iure iurando promittat, eo iuramento non obstante declinare non debet ab illis, quæ iurando non facere promisit, si ea facere vult ea intentione, ut proficit, & propter amorem Dei & animæ suæ salutem, ac etiam ad tollendum scandalum proximi, contra quem ita iurauit, ut ipse inquit, & adde ea, quæ ipsi notauit in c. 22. q. 2. & in d. c. innocens.

Præterea addendo prædictis, hanc eandem conclusionem sequitur Iohannes Igneus in *l. fidei-commissum, numero 58. ff. ad Senatus consult. Syllania.* dum in eisdem terminis inquit, quod si quid iure-iurando promiserimus, quod si obseruetur, in pe-iorem vergat exitum, illud salubriori consilio mu-tandum esse, ut inquit *tex. in cap. si quid. 22. qua-stio. 4.* ac potius instanti necessitate nobis peieran-dum esse, quam pro inito tali iuramento in ali-quod maius crimen incidamus. Herodes enim no-bis exemplo est, *cap. est etiam. 22. quest. 4.* quod & Dauid implere & obseruare recusauit, *cap. quod Dauid, & c. sequen. eadem causa & quest.* & ideo idem Igneus in *l. prima, num. 36 ff. ad. Senatus cons. Syllania.* & *Claudia.* inquit, ex modo iurandi apparere, an iuramentum licitum vel illicitum sit: & ill. citum tunc dici, quando inconsiderate & minus circun-specte aliquid iuratur, quo seruato corporalis & spiritualis salus adimitur, & sine quo utraque sa-lus reparari & vita conseruati potest: & ideo ob-prædicta seruandum non est,

Quando igitur iuramentum illicitum est, po-test iurás (vt supra diximus) ppria auctoritate con-trauenire, & Imperatori nō obedire, nulla etiam ei-ius auctoritate accidente, *l. fin. § fin. ff. de conditi. in-stitu.* quandoquidem in eo, qui necessario defendit superioris auctoritas necessaria non est. *l. fidei-com-missa. §. si quis illicite. ff. de legat. 3.* licet quando du-bitatur, an subsistat, superior adeundus sit, prout dixit ibidem Innoc. dum vult, vt si seruari non pos-sit sine dispendio salutis æternæ, vt puta si quis iū-ret corrumpere monialem, patrem interficere, & similia, potest propria auctoritate omittere, & nō seruare, dummodo tamen eum pœnitentia. *c. 1. 22. q. 4. & sequen.* si vero licet alias si temerarium & perniciosum vel periculosum, potest tamen seruari sine interitu salutis æternæ, vt est illud, de quo in *d. c. venerabilem*, & conirafaceré iuramento sine superioris auctoritate non potest, nec debet. *d. c. si vero extra de iure iuran.* & *c. cum quidam. § fin. & c. ve-rum, & idem*, si sit dubium, dicendum est, *vt supra diximus.* Si vero temerarium tantummodo sit, non autem perniciosum exemplo, & tunc seruari debet. *d. c. si vero, & cap. illicitum. in fine 22. questio. quar-ta.* nisi sit metu vel dolo extortum, de quibus supra late diximus. nam tunc ab huiusmodi iuramentis absolutione conceditur, *iuribus supra deductis.* & ideo inquit Igneus, notandum esse non solum temera-tiis, sed etiam illicitis iuramentis contrauenire li-cere, sine superioris auctoritate, si necessitas vrge-at, ita vt superioris copia non sit, à quo absolutio peti & obtineri possit. *ca. antecessor. 11. quest. 3.* & i-dem dicendum est, si fortasse magis utilitas, aut ne-cessitas spiritualis expostulet. Vnde Philip. Franchus in *c. 1. num. 34. de iure iurand. lib 6.* addit prædi-cis adnotandum esse, quod licet quis scienter iū-ret aliquid illicitum seruare, seu prohibitum et-iam cum voluntate & intentione illud seruandi, ad obseruantiam tamen huiusmodi iuramento-rum non adstringi, nec obligari: ideo, vt propria auctoritate & absque alia absolutione ab ipso iu-ramento recedere possit, dicendum videtur, pro-ut inquit Franchus probari in *dicta. capitulo primo,* & in *dict. capitulo non est obligatorium, de iure iurand. libr. sext.* & probatur in *cap. sicut extra de iure iurand.*

& idem dixit iterum Imola in *cap. pactiones, numero quarto extra de pactio.* dum vult, vt si iuramentum omnino illicitum contineat, seruandum non sit, *iuribus supra deductis.* si tantummodo illicitum sit ex parte recipientis, *cap. debitores, extra de iure iurando.* & si in eo casu solutum prætextu iuramenti repeti possit, vt patet ex gloss. penult. in *capit. pactiones, & instit. de util stipul.* Inquit etiam ibide in omittendum non esse, quatenus glos. velle videtur pactum turpe & rei turpis, *tex. autem in d. c. pactiones.* illam alternatiuam ponderando, differentiam consti-tuere videtur, argumento *l. hac verba, ille aut ille. ff. de verbis signifi.* Vnde Ioan. Andreæ inter prædicta hanc differentiam esse arbitratur, vt scilicet pactū turpe dicatur, quando turpitudinem adnexam & coniunctam habet, utputa quia per dolum aut me-tum, aut per simoniam initum fuit. Pactum autem rei turpis tunc esse cum quis promittit commit-te-re homicidium, vel sacrilegium: pactum autem habens causam turpem tunc dicitur cum quis pro-mittit fortasse centum, si aliquem interficerit. Dixit etiam Menochius in *confilio 82. numero 124. volum. i. querendo, an iuramentum proueniat à iusta & legitima causa, quando quis se obligat ad carcerem proprio iuramento, & ab eo non aufugere, & inquit tunc iuramentum subsistere & obligare,* cum iusta est causa, propterea quod ille qui iurauit pœna corporali puniri deberet: secus vero si cau-a à lege, vt ibi, propterea, quod tunc iusta non dici-tur & legitima. & ideo in eo casu iuramentum iu-rantem non obligat, prout inquit Menochius de-clarare omnes in *clementina. pastoralis, de iudic.* & *Di-uis Thomas & Caietanus in secunda secunde. quest. 69. articulo quarto, & Archidiacon. in c. cum homo. 2. questio. 5, & Didac. lib. 1. varia. resolut. cap. 2. num. ii. versic. in se-cunda, &c.* Nec illud de peccato & pœna inobe-dientiae obesse debet, quandoquidem non omnis inobedientia ad pœnam mortis temporalis vel æter-næ, sed iuxta qualitatem & quantitatem rei, cuius causa præceptum factum est, obligat, *vt ibi Meno-chius late prosequitur.*

Præterea redēundo ad prædictam differentiam pacti turpis, & pacti quod turpem causam adnexam habet: Pactum habens causam turpem est illud (vt supra diximus) si promittantur alicui centum, vt hominem occidat, vel alicui aliquid furetur: haec namque pacta illicita dicuntur, vt patet ex iuribus ab ea gloss. inductis. At Bart. in *l. generaliter. ff. de verbo. obligatio.* inquit, quædam esse pacta nulla ob id, quod turpitudinem contineant, sunt tamen se-cundum leges, & haec valida sunt: Quædam vero præter leges, & si turpitudinem non contineant, vt puta cum stipulatur quispiam aliquid alicui dari, & efficit, & licet tunc principalis promis-sio non subsistat, valet tamen pœnalis. *l. stipulatio. s. alteri. ff. de verbis. oblig.*

Quædam vero sunt pacta, quæ turpitudinem continent, & id tribus modis contingere posse ar-bitratut, propterea quod aut in promissione venit aliquid turpe, vt est quando, *vt supra diximus*, quis hominem occidere promittit, & tunc talis pro-missio ipso iure nulla est, vt habetur in *dicta leg. ga-neraliter.* Aut promissio quid turpe non continet, sed turpiter concepta est, vt quia dolo vel metu ex-

torta sit : & tunc iuris rigore inspecto subsistit, sed ei repugnat exceptio, & tunc iuris remediis rescinditur, de quibus in tit. quod met. cau. & de dolo. Quædam vero promissio est turpis, non ex eo quod turpidinem ullam contineat, sed ob causam ei annexam, utputa si tibi centum ad hominem interficiendum promiserò: & tunc licet variæ sint opiniones, an talis promissio sit ipso iure nulla, gl. tamen nullam esse arbitratur in l. iurisgentium, §. si obstat, ff. de pæt. & facit illud, quod habetur in leg. si plagi, ff. de verbis obligat.

Verum Ultramontani, vt refert Cynus in l. secunda, C. quod met. causa. volebant de mero iure valere, verum exceptionem obstat per ea, quæ habentur in l. penult. ff. de condicione ob turpem causam, ubi tex. vel le videtur, dari doli exceptionem. At subdit Bart. in d.l. generaliter. responderi posse, ibi loqui text. de doli exceptione, vt est facti, vel intentionis, non iuris, vt inquit gloss. in l. qui se per alium. & in d.l. generaliter, & in l. plagi, in quibus aperte probari videtur, nullam oriri obligationem. Vel secundo responderi posse prædictæ l. penul. aliquando in promissione turpem causam exprimi, & tunc procedere glo. opinionem: aliquando autem non exprimi, licet tacite intelligatur ex partium mente, & tunc procedat opinio Ultramontanorum. & subdit face re illud, quod notat glo. in l. qui se per alium, & in d.l. generaliter, & in d.l. si plagi, in quibus appetit nullam oriri obligationem. Vel respondetur, quod quandoque in promissione turpis causa exprimitur, & tunc procedat opinio gloss. Quandoque vero non exprimitur, & si tacite expressa intelligatur ex mente partium, & tunc procedat opinio Ultramontanorum: ad quod inquit facere illud, quod notatur in l. 2. C. quando prouoca non est necesse, & in ca. 1. extra de iudic. vbi in simili distinguitur in sententia, an error exprimatur, vel non.

Hæc tamen solutio Floriano non placet, propterea quod regulariter taciti & expressi eadem est ratio & conditio, iuxta ea quæ habentur in l. cum quid ff. si cert. pet. & in c. si diligenti, extra de foro compe. & id eo ex expressis videtur quod proprio loquendo patrum tutpe vel rei turpis pro eodem supponat, & si fortasse diuersificari possint stricte sumpto vocabulo, per ea quæ tradit Imola, & inquit dixisse post Joan. And.

Prosequendo ea, quæ de iuramento illico dicebamus, animaduertendum est ad illud, quod dicit Rober. Maran. in suo Speculo aureo, in 6. parte in 10. & vlt. membro, atq. 9. num. 20. dum inquit, iuramentum illicitum illud esse, de quo loquitur tex. in d.c. innocens, & per totam illam questionem. 22. q. 4. vbi inquit gl. altero de tribus modis illicitum dici posse, vt habetur in d.c. innocens. Primitus est modus, qui colligitur ex eo quod iuratur: Secundus ex causa extrinsecus adueniente: Tertius ex modo iurandi. Descendendo modo ad exempla, Exemplum primi modi est huiusmodi, videlicet vbiunque illud, quod iuratur, ex se ipso prohibitum est & vitiōsum ut puta si fortasse quispiam aliquod delictum committere iurauerit, & in hoc casu tale iuramentum non obliget, nec liget, cap. si quid, & c. non est & cap. actione, & cap. inter cetera, 22. quest. 4. & tradit Abbas, quem sequuntur alii, in c. intimauit, extra de testibus. Aliud etiam exemplum afferri potest, in eo qui iu-

retrando promittit testimonium non ferre: quædoquidem in dictis casibus iuramento non obstante examinari potest, vt voluit Abb. in d.c. intimauit, Idem quoque dicendum est de eo, qui iurauit in consilio non ad futurum. l. fi. in princip. ff. ad municipal. & idem etiam dicendum est de eo, qui iurat non fideiubere, cum iuramento prædicto non obstante pro proximo in periculo constituto fideiubere potest, vt notat Joan. And. in addit. ad Specul. in rubri. de iure iurant. & de hoc videas omnino. Oldřich. in dicto consil. 90.

De his autem & aliis exemplis tradit plene Ias. in §. item si quis postulante, col. 12. & sequen. insit. de actio. & Paul. Castren. in consilio 345. volum. 1. & Calder. in consil. 8. in titul. de iure iurant. & quod iuramentum male promissorum seruandum non sit, tenet And. de Iernia in cap. primo, colum. sexta, in titu. qui success. tenean. in feud. Secundi vero modi exempla sunt hæc. Utputa, quando quis post votum castitatis vxoremducere procurat. Item quando iurat adimplere omnia, quæ ab eo petentur, propterea quod si quid turpe peratur, iuramentum seruare & adimplere non tenet, ca. cum iuramento, extra de homicid. & cap. est etiam, & cap. uxus quisque, 12. quest. 4. Item exempla tertii modi sunt hæc, vt puta si fortasse quispiam iuret per viscera Christi, vel per ventrem aut capillos, aut per membra pudenda. Hoc namque iuramentum blasphemia dicitur, vt supra late tractauimus, ad qua me refero, & late etiam dixit Bal. in l. secunda, in fine. C. de rebus Credit. & Bal. iterum in l. prima. C. si quis Impe. maled. & in l. accusationem, colu. 3. C. qui accusa. non poss. vbi etiam inquit, huiusmodi iuramentum, heres is speciem esse, vt est text. in Athen. vt non luxuriet. contra natur. in tex. & in rubr. & in cap. si quis per cappillum, 22. questio prima, prout etiam dicendum est, si fortasse aliquis per damonem iuret, vel aliam creaturam: nam talia iuramenta illicita non solum sunt, sed ille etiam qui ita iuravit peccare dicitur.

Debet tamen iurans, iuriandum seruare, si id, quod iurat, prohibitum non est, cap. mouet. 22. questio prim. & notat Alexan. in consil. 27. column. penultima, volumine primo. & habetur in dicto cap. & si Christus, extra de iure iurant. De his tradit etiam multa in titulo de iure iurant. dela. per totum. & tradunt etiam recentiores repetentes in rubrica de iure iurant, & alij Scribentes in locis supra relatis. & ideo dixit prædictus Robert. Maran. Iudicem laicum creditorem laicum ad remittendum iuramentum turpiter à debitore receptum ac compellere posse, vt dixit Fely. in capitolo primo, column. septima, in fine, extra de iure iurant. Id autem inquit Maranta verum esse existimare, & procedere posse ante quam debitor in per iurium incidat ob non solutionem, & sic ante diem solutionis: nam adueniente solutionis die, debitor in per iurium incidit, & ideo tale per iurium ab ipsa parte remitti non potest; & ideo talis iudicis compulsio nihil operari potest, vt dixit Baldus in authentic. quod eis. Cod. de nupt. & habetur in decisio. 36. consilii Neapolitan. & iterum tradidit Afflict. in capit. sacramentum, §. si inter dominum, numero decimonono, in titulo de confuetud. recti feudi, in tertio libro feudorum.

C A P. CCCXXXVIII.

A R G U M E N T U M.

De iuramento apposito actui à lege prohibito, per casus examinatur.

S U M M A R I A.

- 1 *Iuramentum, an confirmet actum à lege prohibitum.*
- 2 *Contractus prohibitus à l.civili, iuramento non confirmatur*
- 3 *Lex civilis. an possit tollere vim iuramenti.*
- 4 *Vxor consentiendo alienationi rei dotalis, vel rei pro sua dote obligata, & renunciando iuri hypothecarum, an sibi præiudicet.*
- 5 *Remedia quæ adhiberi possunt, vt vxor consentiendo alienationi rei dotalis, vel rei pro sua dote obligata, & renunciando iuri hypothecarum sibi præiudicare non dicatur.*
- 6 *Donatio inter virum & vxorem, an iuramento confirmetur.*
- 7 *Statuto aliquem contrahere prohibente, si contrahat & iuret, iuramentum seruandum non esse.*

Prosequendo ea, quæ proposita sunt, videndum est, an † iuramentum actum à lege prohibitum confirmare dicatur? Quia in re Didacus in tractatu de pact. §. primo, num. 8. secunda partis relectionis, quærit si lex civilis, quæ contractum prohibet, non solum simpliciter prohibitionem continet, sed etiam iuramentum contractui appositum: an illud irritum faciat? Et in tali casu inquit, eorum opinionem obtinere, qui tenuerunt † contractum à lege civili prohibitum iuramento non confirmari: lex nanque civilis in hoc casu contractum iuramento non confirmari velle videretur, & si de obseruantia iuramenti nihil attingat, & ideo seruandum videatur: & ideo si iurans à vinculo iuramenti quacunque de causa absolutus sit, & ea potissima videretur quod aduersus legis urgentem prohibitionem contraxerit, non tenetur stare contractui, nec contractus ipse confirmatur, prout in hac specie visum est Federico de Senis in consilio 272. & Paul. Castrén. & Corne. in d. authen. sacramenta puberum, num. 54. & Imol. num. 43. & Alciat. num. 135. in cap. cum contingat, & Butrig. in c. canonum statuta, colum. 4. extra de constit. & Fortu. in tractatu de ultimo fine, illatione 19. & 320. quandoquidem licet lex † civili iuramenti vim tollere non possit, illud tamen iusta de causa impedire potest, ne contractus prohibitus confirmetur iuramento, *iuxta ea quæ ipse tradit in prima sua relectione, §. tertio, num. 7.* Nec obstat videntur ea, quæ tradit Panormita. in dict. capit. cum contingat. numero undecimo, quem sequitur Ioan. Baptista à sancto Seuertino in l. omnes populi, column. 33. ff. de iustitia & iure.

Quibus utique probare conatur, legem ciuilis vim iuramenti tollere nō posse, nisi in eo actu in quo lex ipsa iusta ex causa præsumat fraudem, metum, aut deceptionem. Nec enim verum est quo ad vim, quam habet iuramentum à lege diuina & naturali ut seruandum omnino sit, iusta de causa absoluatur, non autem quo ad confirmationem

contractus humani, cuius vis & robur legibus humanis subiicitur, ad quas totius reipubli. cura spestat: Nam quotidie in tribunalibus videmus in contractibus alienationum rerum dotalium, quæ pasim præstito iuramento fiunt, legi civili locum nō esse, quæ fundum dotalement alienati vetuit. Fiunt nanque huiusmodi alienationes, sicut ex ipsis iudicilibus quæstionibus apparer, frequentissime absque mulierum libero consensu: quæ etiam excluso metu maritis alienare volentibus contradicere nō audent ob reuerentiam & amorem, quib. eos prosequi tenentur. Præterea idem Couarrunias in §. 2. num. 1. secunda partis relectionis, aliter declarat, inquit enim ipse eo in loco animaduertendum esse, an lex in personam contrahentis personam dirigat, vt dixit Bart. in dicta l. si quis pro eo, numero nono, versiculo, adverte. ff. de fidei suffrib. nam in eo casu inquit iuramentum contractū prohibitum non confirmare. & idem tenuit etiam Angel. & rursus Bart. in d. authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. & Cald. & Ancha. in d. c. cum contingat, & iterum Ang. in cons. 160. Quorum quidem opinionem sequuntur Legistæ communiter, vt ait Imola in d. cap. cum contingat. numero 36. & Roder. Sharez in l. prima, in tit. de las arras, lib. fort. quæst. 3.

Huius autem opinionis eam esse rationem arbitratur, quod in hac specie agens contra dictam legem peccat, cum legislatori refragetur, cum ei obedire teneatur, c. 2. extra de maio. & obedien. Vnde cum iuramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, utique satis constat contractum non confirmari à lege prohibitum, cum iuramentum illud inique præstitum sit. Hanc præterea conclusionem confirmat Bar. ex iis, quæ dixit gl. in c. licet mulieres, de iure iurant. lib. 6. dum concludit alienationem rei dotalis, etiam quod iuramentū accesserit, non subsistere. ibi enim mulier cum antea iurasset, promisit dotem non alienare, nec rem ullam dotalement. Et id ea ratione, quod hoc secundum iuramentum iniquum sit, nec seruari possit absque interitu & periculo salutis æternæ, & eam gl. sequuntur Doc. ibi, & præferrim Franchus & Imola in d. c. cum contingat. num. 81. & ibidem Alciat. nu. 43. & Cassa. in consuetud. Burgun. rub. 4. §. 16. num. 5. & Abb. per illum tex. in cap. intellecto, extra de iure iurant. & eorum opinio communis est, vt attestatur Imola ibidem, nu. 81. & And. Alciat. nu. 43. & Ioan. Crot. in l. filius familias §. Diui, col. 25. & ibidem Ferdinand. Loazes num. 43. ff. de legat. primo, & eandem opinionem sequitur Ioa. Lopez in rub. de donat. §. 45. num. 6. vnde Bal. in sua practica, in rub. de cautel & remed. in 4. q. num. 1. querit an accidere possit, vt † vxor alienationi rei dotalis, 4 vel rei pro dote obligata & renunciando iuri hypothecarum sibi non præiudicet. & huic dubitationi respondendo accidere non posse, propterea quod eo ipso quod mulier consentit & iure iurando confirmatur, nullum superest ei remedium. Verū Bald. ibidem subdit, quod non obstante tali iuramento, aliquod remedium ad hoc vt sibi non præiudicet, adhiberi posse: Quæ quoniā plura sunt, de eis breiter aliiquid dicendum est.

Primum iraque † remedium est, quod pater mulieris, vel alius qui dotem dat curer, vt mulier ante dotis traditionem, vel ante contractum, vel in ipso dotis contractu iuret, quod nullo modo consentiet

sentiet alicui contractui vel obligationi, quam matritus, vel alius quicunque faciet de fundo dotali, seu pro dote obligato. Huiusmodi namque praestito juramento, etiam postea si mulier consentiat & iuret, sibi non praejudicat: Ratio autem est, quia secundum iuramentum contrarium est primo, & ex consequenti illicet: quo fit, ut seruandum non sit, ut habetur in cap. intellecto, extra de iure iurant. & de hac re loquitur etiam Specul. in tit. de empt. & vendi. §. tertio loco, vers. & nota.

Ad hoc tamen inquit animaduertendum esse, propterea quod (ut supra diximus,) quando iurat quispiam aliquid non facere, illud facere impedit non videtur, vtputa si iurer quis non alienare: nam si deinde alienet, alienatio illa valere ac subsistere videtur, & si alienans in perjurium incidat, & ideo in hoc casu licet praecedat tale iuramentum, alienationem tamen dotis vel rei dotalis subsistere dicendum est, ut de hoc supra late dictum est.

Secundum vero remedium, ut ibidem subdit Bal. eodem in loco est, ut patet qui dotem numerat tempore ipsius traditionis, seu in ipsa traditione, vel numeratione, seu dotis constitutione, sibi ipsi reddi stipuletur: quandoquidem in tali casu actio de dote filiae non acquiritur, prout est etiam, quando extraneus sibi stipulatur l. vniuersitatis. §. accedit, C. de rei vxor. actio. & ideo in hoc casu patri tantum dotis actio competit ob vim ipsius stipulationis. l. quoties. ff. soluto matrimonio. & l. quia. & l. eq. C. de iure iurant. & ideo si deinde consentiat alienationi, vel iuri hypothecarum renunciet ei, etiam cum iuramento, obesse non debet, nec potest: Nam illud, quod non habet, remittere non potest, l. si superatus. ff. de pigno. Patri namque acquiritur actio, ut habetur in d. l. quoties. ergo soluto matrimonio sine liberis patri filiae consensu abesse non potest, nec debet. Et idem etiam de extraneo sibi stipulante dicendum est, ut habetur in dicto §. accedit. Item hanc conclusionem, ut iuramenta praefixa contra leges non subsistant & actu iure iurando vallatum non confirmet, tradit etiam Guido Papae in consilio 234. numero quinto, per text. in l. non dubium, C. de legibus. vbi expresse dicitur, iuramentum contra leges praefitum de iure civili non valere, licet aliter de iure canonico dicendum sit, ea ratione quod sine interitu salutis aeternae seruari possit, ut habetur in dicto cap. si vero. & in dicto capit. cum contingat, extra de iure iurant. & iterum idem Guido Papa in consilio 204. num. 3. iterum loquens de donatione inter virum & vxorem. idem tenet. Est tamen eo in loco aduertendum, dum ibidem velle videtur, donationem inter virum & vxorem iuramento confirmari, etiam quod ab Imperatore reprobata esset, l. donationes, la prima, C. de donati. inter vir. & vxor.

Subdit tamen, illud in re proposita animaduertendum esse, eam conclusionem quae vult, ut contractus a lege reprobatus iure iurando non confirmetur, procedat: & ita inquit loqui tex. in dicta l. non dubium. C. de legib. vbi lex contractum fieri prohibendo contractum factum nullat, propterea quod tunc iuramentum nihil operari potest, ut dicit & concludit gloss. magna super versic. pro inferius. At Imperator in dicta l. donationes. licet donationes inter coniuges fieri prohibeat, non tamen progradientur factas nullando? & ideo tales dona-

tiones eo modo factae subsistunt, ut inquit ibi gl. loquens de iure canonico, per tex. in dicto capit. cum contingat, extra de iure iurant. cum similib. & ita inquit Guido Papa tenuisse Bar. de Boueno in d. authen. sacramenta puberum, & ita inquit tenere communiter Doctores.

Item hanc eandem conclusionem tenet Petr. Anto. Auguscio. in consil. 18. num. 2. & 4. lib. 6. in materia ultim. volunt. vbi cum loqueretur de quadam venditione facta a filio patri, inquit Bart. in l. frater a fratre, numero 50. de condit. indeb. tenuisse, patrem rem aduentitii peculii emere non posse, ex quo in ea vsumfructum habet, & ratio est, quia cum sit filiorum legitimus administrator, propriam auctoritatem ad suum commodum interponere non potest, l. 1. & ibi tradit Bart. ff. de autorit. tutor. nisi palam & bona fide, id est praesentibus consanguineis, aut saltuum iudice emat. & ibidem addit Barto. quod fortasse non contra heretur naturalis obligatio. Vnde & illud infertur, quod ex quo bona quae mulier habuit a marito, aduentitia dicuntur, & in eis pater habet vsumfructum. l. 1. cum l. sequent. C. de bonis, qua liber. si emptio palam & bona fide facta non sit, inualidam esse, nec iure iurando confirmari, aut conualidari posse: Nam positio ut ei non repugnet naturalis obligatio, ut sub dubio dixit Bart. res tamen clara est. Verum praesupposita naturali obligatione iuramentum super contractum a iure communi reprobato nihil operatur, d. l. non dubium, C. de legibus.

Quemadmodum enim si filius absque consensu patris bona aduentitia alienaret, huiusmodi alienatio nulla esset, etiam quod iuramentum accederet. ut voluerunt gl. Bal. Ang. & Castren. in l. fina. §. filius autem, C. de bon. qua liber. & iterum Bald. in l. 2. col. 3. ff. de iure iurant. Pariter etiam nec iuramento confirmari debet, patris interueniente consensu, sed minus legitime, argum. l. non putauit, §. non quaevis. ff. de bon. poss. contra tabul. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & licet quamplurimi contrarium tenuerint, est tamen magis communis sententia contra factum a filio patre ad suam utilitatem consentiente, non subsistere, ut dixit Decius in consilio 279. qui plures pro vtraque parte deducit. & licet Docto. frequentiori calculo asseruerint, donationem inter patrem & filium iuramento confirmari, & contractum inter patrem & filium conualidari, late ostendat Alexan. in consil. 20. vol. 5. omnes tamen, inquit Angusciola, quos ipse vidit in casu loqui vbi pater qui libere de bonis disponere potest, donat filio. At vbi filius, qui non potest alienare aduentitia sine consensu patris, d. §. filius autem. donat vel vendit patri, non reperire quempiam dicentem donationem vel venditionem iuramento confirmari, excepto Alex. in dicto consil. 20. qui loquitur in divisione, & data venditionis inualidæ, & ideo tenet ut talis contractus ob id quod a lege prohibitus sit, iuramento non confirmetur. Nec distinguit, an lex procedat annullando actum precedentem, vel non. Habetur etiam in consil. 150. aduocato curia provinc. March. in 1. volu. consilio criminis. divers. vbi numero 20. tenuerunt, iuramentum, actum a. l. positiva prohibitum confirmare. Non est etiam omittendum, Rolandum a Valle in consilio 70. numero 33. volumine 2. tenendo donationem inter coniuges iuramento confir-

confirmari voluisse, ut in multis casibus subsistat iuramentum contra leges & actus à lege prohibitos confirmare, etiam quod super bonis moribus ciuilibus fundamentum faciant, d. c. erit autem lex, 4. distin. Accedit etiam prædictis Hippolytus Rim. iunior in conf. 72. nu. 31. vol. 1. qui dixit iuramentum actum vel contractum non confirmare, si confessi sint contra formam statutorum, & ideo dicitur eū qui talem formam non seruat legis transgressorē dici, c. 2. extra de maior. & obediens. & ideo iusurandum vt contra bonos mores interpositum non obligare, d. l. non dubium, C. de legib. At Petr. de Anchar. in conf. 192. num. 5. contrarium tenet & vult vt iuramentum confirmet contractum in grauioribus contra ius commune initum. At Thom. Gramma. in conf. 91. nu. 5. voluit, vt quando actus est à iure prohibitus iuramentum non obliget, vt dixit etiam Abbas in d. c. cum contingat, in ultimo notab. extra de iure. & in ca. cum sit generale. extra de foro competen. Immo in fortioribus terminis inquit Grammat. in eo casu absolutionem impetrare. Verum Aret. in confil. 2. num. 12. cum supra relatis, voluit vt iuramentum de iure ciuilis non liget, cum actus fieri prohibetur: securus tamen inquit esse de iure canonico, videlicet vt eo iure iuramentum actum prohibitum confirmet.

Præterea, quod iuramentum conuentionem nullam confirmet tenuit etiam Corn. in confil. 139. num. 2. volu. 4. & rursus contrarium, quod non confirmet, voluit idem Corn. in confilio 258. nume. 5. eodem volum. 4. ibi tamen magna & enormis laxio aderat, de qua supra late dictum est. Dixit præterea Corneus in confil. 35. num. 6. & 7. volum. 3. animaduertendum esse, non leuiter Doctores dubitare, ac etiam non mediocriter discrepare: nam Barto. in d. l. si quis pro eo ff. de fideiuss. & in dict. authent. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. & in authen. decernimus. C. de arbit. tenet, vt si statutum prohibeat aliquem contrahere, si contrahat & iuret, t̄ iuramentum seruandum non esse, & minus contractum ipsum conuallidare ob id, quod adimplens contra superioris præceptū faceret, q̄ quidem, est peccatum, contra illud; Qui non obedierit Principi, morte moriatur, vt habetur in dicto cap. secundo, extra de maior. & obediens. & 2. Regum. cap. 3. ille, qui non obedierit precepto iudicis, moriatur. Deuteronomio. capit. decimo octavo, & facit illud Pauli ad Roma. c. 21. Omnis anima sublimioribus potestatibus iuvecta sit. & cap. secundo, extra de censibus.

Sed iuramentum, quod nutrit peccatum (vt paulo ante diximus) non obligat, cū tendat in dispendium salutis æternæ, dicto capi. cum contingat, & dicto capit. quamvis, & dicto capit. non est obligatorium, de regulis iur. lib. sexto. & ideo si non seruetur huiusmodi iuramentum, mirum non est, cum fuerit contra legem prohibentem aliquam personam contrahere interpositum prædicta ratione, vt dixit Bart. in dictis iuribus, & in l. is, cui bonis ff. de verborum obligat. & voluit gloss. in dicta l. si quis pro eo, & Ioann. And. in cap. licet mulieres, de iure iurant. in sexto. inquiens post Hostensem, quod si quis iurauerit non alienare, quod iuramentum non confirmet actum, vel contractum prohibitum. & hanc conclusio nem sequitur etiam Angelin dicta authen. sacramenta puberum, & si Barto. rationem non recipiat, quo

ad peccatum: sed inquit statutum tunc personam inhabilem reddere, quam rationem alii non attingunt, vt ibi ipse latius prosequitur, adducendo contraria prædictam Bart. rationem, quod peccare non dicitur. & addit id, quod dixit de prohitione, quando lex prohibet ad fauorem prohibiti, & tandem firmat eodem in loco Corne. numero octauo, aduersus predicta, quod licet statutum disponat, quod mulier non possit, nec debeat contrahere, contractum tamen initum iure iurando confirmari: id quod voluit etiam Anchar. in c. canonum statuta, extra de constitut. ea ratione, quod non refert, ani verba legis vel statuti in rem vel in personam dirigantur, propterea quod si verba prohibita intelligatur: propterea quod ille qui vnum prohibet, antecedens etiam prohibere intelligitur. L. oratio ff. de sponsalibus, & l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procurâ.

Et hac eadem ratione idem firmat Barbat. in dicto cap. cum contingat, & Pau. Castren. in d. auth. sacramenta puberum, id quod sequitur etiam Rapha. Fulgo. in d. auth. sacramenta puberum, inquiens de hoc sape ita consuluisse, & de facto respondisse contra Bart. & inter cæteras ea ratione, quod posito vt contrahere sit aliquo modo peccatum, ob id quod propter statuti transgressionem non dicitur peccatum iam contractum seruare, quia statutum illud ad obseruantiam non prohibet, sed contractū talem confici, & illum contractum annullat, vt ipse inquit.

Hanc rationem sequitur & confirmat etiam ibi Paul. Castren. & Imola in d. c. cum contingat, & eam sequitur Nic. & Barb. vnde inquit Corn. patere pro hac conclusione esse communem opinionem, cū eam sequantur Iohan. de Ligna. Butr. Imo. Bart. Rapha. Fulgos. & Paul. Castren. Qui, vt vidi mus, plures contra Bart. consultuit. & Prom. & Bal. & Angel. Bart. rationem impugnantes. Et iterum Raph. Fulgos. in d. auth. sacramenta puberum, inquiens contra Bart. conclusionem vidisse determinatum ferre ab omnibus Canonistis. Et ideo subdit Corneus in fine dicti confilij, putare eam opinionem omnino vti communem firmandam esse, & validioribus argumentis confirmari: & ideo animaduertendum esse Socin. iunior, in confil. 44. num. 33. volum. 2. voluisse talem donationem inter virum & vxorem iuramento confirmari. Omittendum tamen non est pro clariori huius conclusionis declaratione, quod ibidem num. 19. prius concludit, contractum vel actum à lege prohibitum iuramento non confirmari, & deinde numero 20. tenere, quod licet illa opinio simpliciter posita in practica, ruta admodum nō sit, propterea quod multi contrarium tenent: attamen eam restringendo ad eum casum, in quo contractus fit omnino de iure communione invalidus, videtur de iure omnino procedere & esse magis communem vt dixit Bal. in l. i. C. si aduers. vend. & Sal. in d. auth. sacramenta puberum, prout ibidem refert. & sequitur Ias. in 7. col. ver. tu responde melius, dum inquit veram esse resolutionem ad d. l. non dubium, vt scilicet procedat, quando contractus de iure communione est reprobatus: nam tunc iuramento conualidatur. At secus si sit invalidus de iure speciali, quia tunc non validatur, & ita decisum fuit in Capella Tholosana, vt refert Steph. Auff. in addit.

in addit. ad decisio. dicta Capella, in quæst. 382. incipiente, item fuit questum. Animaduertendum tamen est, quod licet dicant in hoc casu contractum iure iurando non confirmari, volunt tamen iuramentum super contractu nullo de iure communi inter positum, licet eum non confirmet, est tamen ob ipsum ius iurandum obseruandum sub pena periuiri (ut supra dictum est) duimodo tamen sine dispendio salutis æternæ seruari possit, ut alias dixit Cuman. *in d.l. si quis pro eo. col. 3. ff. de fideiuso, & Christoforo Porr. in §. extraneus, Inst. de hæred. inst. prout refert & sequitur l.a.s. in d.sol. 7. vers. quid tenendum.* Vbi eriam inquit credere ita tenuisse subtilissimum & acurissimum iure consultum Christoforo. de Castellio. Præterea, quod quando statutum verba in personam dirigit, iuramentum contractum à lege prohibitum non confirmet, tenet iterum Corne. *in consil. 36. nu. 3. volum. 1. eandem conclusionem, q. quando iuramentum est appositorum super contractu à iure prohibito, licet contractum non confirmet, iuramentū tamē seruari debeat, tradit Berous in cons. 6. vol.... ita vt non seruans illud, in periorium incidat (ut supra sape dictum est) nisi prius absolutionem impetraverit: & ideo non petita absolutione contrafaciens potest spiritualiter conueniri coram iudice ecclesiastico, vt moneat iudicem secularem, coram quo pendet lis principalis, vt curet iuramentum seruari, & sic efficiat vt fortius mitteretur d.c.fin. & dixit Bald. *in d.l. 1. colu. fin.* Animaduertendum tamen est, Beroum *ibidem, n. mero 39.* potius firmare, vt nullo modo liget, vt inquit etiam, num. 34.*

Quoniam autem in tota pene Italia extant statuta, nonnullos contractus variis de causis prohibentia, merito Corne. *in d.auth. sacramenta puberum nu. 19.* de eis generaliter quærit, vtputa si aliquo in loco extet statutū, q. minores & mulieres sine cōsensu consanguineorū vel decreto iudicis contrahere non possint, quod in eo casu iuramento prædicti contractus non confirmantur, distinguendo vt per Barto. *in d. auth sacramenta puberum,* videlicet quod aut lex dirigit verba in rem, vtputa quod statutum vel lex ipsa dicat, vt contractus non valeat: & tunc procedat d. auth. nec prohibeatur quis à minore emere, nec minores alienare prohibentur, & ita etiam procedat tex. *in d.c. cum contingat, & d.cap. quamvis.*

Aut dirigit verba in personam, videlicet quod non audeat contrahere cum minore, sine cōfensiū, &c. & tunc non obstante iuramento contrahere possit & ratio est, quia tunc facit contra præceptum legis, & ideo peccare dicitur mortaliter. *c. qui non obedierit Principi, morte moriatur, de quo supra diximus, extra de maioritate & obediens. & de tali obedientia supra etiam nonnulla diximus, & alibi, vt supra diximus,* Apostolus ait omnia animalia subiecta sunt Principi, ad Romanos 14. cap. de quo fit mentio im cap. 2. extra de censibus, & in c.magni, versu. omnis anima, II. quæst. 1. & subditur in d.epistola, & qui voluntati eius resistit, voluntati Dei resistit & damnationem sibi acquirit. Vnde Barto. ad illud cap. qui restit. 6. quæst quarta, & ad capitu. quod principaliter, 14. quæst prima. inquit, quod si lex Imperatoris, vel statutum populi prohibet personam contrahere, tunc eum qui contra facit, mortaliter peccare, quo fit vt iuramentum non liget, ex quo super peccato mor-

tali interpositum dicitur, & ideo obligatorium nō est. *d.cap. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. & in d.c. quamvis. in fin. & in d. cap. cum contingat.* Et id inquit memorie mandandum esse, prout voluit etiam Hostien. & Ioan. And. *in c. licet mulieres, de iure iurant. lib. 6.*

Et ideo dixit Bal. *in l. past. a conuenta, nu. 1. ff. de pac.* duas regulas in hac materia adnotandas esse: Quorum prima est, vt nunquam subsistat iuramentum, vbiunque à lege specialiter reprobatur, vel lex iuramenti mentionem non facit, sed consensum reprobatur: quandoquidem ubi consensus non est, iuramentum nihil operari potest, *d.l. obligationum substantia, ff. de actio. & obliga. & notatur in l. temptatione. C. plus valere, quod agit. & l. fin. C. de non num. pecun.* Secunda vero est, si lex personam aliquam eam inhabilem reddendo prohibeat: & ideo si fortasse filius cum ei mutuo datur iuret, vriique tale iuramentū nihil operatur, & ita inquit disputas Iacob. Butrigat. & est gl. *in l. fin. 5. filii, C. de bonis, qua liber. & iterū Bal. in d.l. non dubium, nu. 26. & 27. C. de legib. oppnendo, quod iuramentum non valeat, soluit vt dicit Martinus, hunc in modum. At iuramentum est contra ius commune, aut vero contra beneficium iuris singularis. in primo casu inquit ipso iure non valere, vt habetur in d.l. nō dubium, in secundo autē valere, prout inquit voluisse gl. *in l. & si is, C. de præd. mino. & tradit Cyn. in d.l. non dubium.* Bald. autem ibidem aliter declarat. Interdum enim, inquit ipse, aliquid ipso iure prohibitum est in effectu, & tunc illud quod ita prohibitū est, iuramento non confirmatur, & loquitur de iure ciuiili. Interdū ipso iure est aliquid, sed non cum effectu, & tunc iuramentum vel contractum supplet, quo ad effectum, vt scilicet impugnari non possit, vt habetur in d.auth. *sacramenta puberum.* Et ideo inde fieri arbitratur, vt si contractus minoris vel maioris ipso iure valeat, iuramentum ei omne iuris beneficium in iure singulari auferat, vti est beneficium restitutionis in integrum. *de qua infra late suo loco dicetur: siue in iure simpliciter, vt habetur in lege secunda. C. de rescindendit vt inquit ibi gl. ordinaria.**

Alii vero ita declarant: Aut enim, dicunt ipsi, contractus iuramento confirmandus iuxta naturalem æquitatem, & merum ius gentium à iuris ciuilis solemnitate esse non recipit, & tunc iuramentū contractui formam & esse dare intelligitur, exemplum ponunt in minore, qui rex necessitate ad ductus sine iudicis decreto vendit: nam in hoc casu licet deficit solemnis, & quia tamen vt valeat, suadere videtur, & ideo in hoc casu si accedit ius iurandum, omnia confirmari dicendum est, cum huiusmodi robur à iure diuino procedat, & ideo posito quod luget pretium, contractus tamen rescindi non debet, & ita inquit declarat d. auth. *sacramenta puberum.* Si vero contractus naturalem æquitatem non continet, vt quia deficit forma & causa, & tunc valeat iuramentum.

Non est etiam omittendum illud, quod dixit Paul. Castren. *in consilio centesimonagesimo. numero secundo, volum. primo.* dum declarando ea quæ dixit Barto. *in d.l. si quis pro eo, ff. de fideiuso.* primum inquit Barto. communiter reprobari, propterea quod Barto. ibi in eo vim facit, quod ille qui contra legis prohibitionem facit, mortaliter peccet, vnde declarando Barto. inquit eius fundamentum verum esse,

esse, cum aliquid in fauorem alterius quam prohibiti prohibetur, vel quādō id quod prohibetur, de genere turpium est, vel in alterius noxam tendit. At si prohibitio mere in fauorem prohibiti fiat, ut puta quod mulier vel minor sine consensu consanguineorum non contrahat, & tunc contrafacentē nō peccare mortaliter arbitratur, propterea quod tunc prohibitio in eius fauorem facta odium induceret, quod sane dicendum non est. *l. nulla, ff. de l. & l. 3, §. causa, ff. ad Senatus cons. Carbo.*

Illud autem tantum efficit prohibitio, vt contractum & obligationem nullam reddat, si eam nullā esse expediat. Si vero vt valeret pōtius expedit, contractus nullus nō redditur, ut puta si alium sibi obligaret, *l. non eo minus, C. de procura*. vel mulier aut minor contractum sibi vtilem facerent. Quem admodum ergo talis prohibitio odium non inducit, ad hoc vt actum nullum reddat, quem valere expedit, pariter etiam nec in alio, ita vt eum peccare faciat, merum fauorem operabitur, vt reddat actum nullum si hoc prohibito expedit. Sed sic est quod prohibitio dicti tituli, ne fidei uslo. dot. dent. fit in fauorem prohibiti dumtaxat principaliter, ergo.

Præterea subdit ibidem Castrensi, prohibitionē illam ad dantem dirigi, id est ad maritum, & ex consequenti ad recipientem tamquam ad correlatiū ut ibi notatur in *l. gl. magnae, argumento l. fin. C. de indicta vidui. & l. prima, C. de cupress. lib. 10.* Posito igitur vt mortaliter peccassent, vt dixit Bartolus, fidei uslorem tamen qui dat peccare dici non potest, cū prohibitio in eum non dirigatur, vt ibi appareat. Ergo iuramentum eum ligat. Si vero dicatur quod ex quo mulier illicite recipit, peccat: & ideo iuramentum eum non liget, respondet Castrensis talēm consequentiam non procedere, cum iuramentum principaliter Deo obligetur, cum illicite non recipiat, ostenditur hoc huiusmodi exemplo. Nam licet usurarius illicite recipiat, & ita recipiendo peccet attamē quia ille qui soluit, si iuret non peccet, ad soluendum obligatur, cum absque peccato iuramentum seruare possit, & ideo iurando Deo obligatur, qui non illicite recipit, & illius obligacionis rationem potest usurarius ecclesiastici iudicis officium implorare, vt soluere cogatur *cap. debitores extra de iure iur. & ibi notant. Doct. & est tex. in l. Nerationis, ff. de conduct. indeb.* & ideo his iuribus & rationibus contra Bart. concludit.

Aliter autem declarat August. Berous in *c. non si ne multa, nume. 40. extra de arbit.* inquit enim ipse, aliud esse, quod lex siue diuina, siue positiva, iuramentum propter illud prohibeat, vt est in casu *cap. & si Christus, extra de iure iur. & d. ca. mouet. extra de iud.* Aliud vero quod lex prohibeat iuramentum non propter se ipsum, sed propter aliud extrinsecū, hoc est propter illud, quod iuratur, vel super quo iuratur, vt est in casu *d. auth. decernimus, C. de arb.* In primo enim casu iuramentum omnino seruandum est, si id quod iuratur, peccatum non est, *d. c. & si Christus. & d. c. mouet.* per rationem illius tex. In secundo vero casu iuramentum omnino & simpliciter seruandum non est, etiam quod sine interitu salutis æternæ seruari posset. sed cum ea distinctione, quā tradit Bal. in *consilio 29. in Christi nomine casus. vir donavit vxori colum secunda. verific. non obstat illa regula, volum. 3.* Quæ vult, vt quoties iuramentum sine in-

teritu salutis æternæ seruari potest, & non seruatur in eius detrimentum non vergit, ut puta quia lex illud prohibeat, propterea quod tunc vt seruetur, necesse non est: quin immo si non seruetur, quis in peccatum incurrit non dicitur. *d. l. non dubium. C. de legib. & notatur in l. pactum, quod dotali, C. de collat. & in l. si predium. C. de iure dot. & in l. qui iuramento off. qui sat is d. cogan. verum quando & sine interitu salutis æternæ seruari potest, & non seruatur, in eius detrimentum vergit, ut puta quia lex illud non prohibet: nam tunc omnino seruandum est. d. cap. cum contingat, & cap. si vero, & c. debitores, extra de iure iur. & c. licet mulieres. eod. tit. lib. 6. & c. quamvis, de pact. libro sexto, & d. auth. sacramenta puberum. Cod. si aduers. vend. cum similibus.*

Ea autem, quæ supra diximus de iuramento contra canones præstito vel leges ciuiles, confirmat Imola in *cap. si diligenti, numero 8. extra de foro compet.* qui vult vt iuramentum contra canones præstitum non liget: secus vero si contraleges tantum, vt habetur in *d. c. cum contingat, extra de iure iur. & loan. And. post Hostien. in c. quemadmodum, eod. tit. & iterum idem voluit Imola in d. c. quemadmodum, nume. 12. extra de iure iur. ut gl. ibi in verbo. vel nasum, secundum Hostien. & loan. And. quando impugnat canones: secus vero si leges tantum ciuiles, ex quo eis stare necesse non est, cum iuramentum de iure ciuili esse non censeatur, sed canonico, vt optime facere videtur illud, quod habetur in *cap. nouit, extra de iudie. & in c. venerabilem, in fi. extra de elect.* & in *§. si vero ecclesiasticum, in auth. vt cler. apud propri. episcopos, col. 6.* & id memoriae mandandum inquit ad confirmationem illius, quod scilicet ea statuta non valeant, quæ reprehendunt iuramenta, quæ alioquin erant valida, ut ibi latius per eum, & rursus idem voluit Imola in *d. c. ad nostram, l. 2. num. 1. extra de iure iur.* dum inquit, notandum esse ex eo text. iuramentum contra ius non valere. Item quod iuramentum non probet illud, quod & præter & contra ius voluit Bellam. in *capitulo, debitores, numero quinto, extra de iure iurando.* loan. vero Baptista Caccialupus in *leg. frater & fratre. §. quæ situm est, num. 77. ff. de conduct. indeb.* aliter declarat. inquit enim ipse, si iuramentum apponatur super contractu facto contra legem prohibentem seu prohibitoriam, & secundario contra publicam utilitatem, & tunc iuramentum de iure ciuili non subsistit, nec tenet: sed de iure canonico subsistit & tenet: exemplum ponit in donatione inter virum & vxo. Nam ea, vt ipse ait, de iure canonico subsistit, & confirmatur, si iuriurandum accesserit, subdit autem Bal. in *l. 2. ff. de iure iur.* arbitrari idem esse, si pater donet filio in potestate & iuret: nam eam donationem ita iure iurando confirmata in de iure canonico eadem ratione valere existimat. & licet Bal. deinde in ver. *iuxta predicta.* firmet quæstiōnē, an donatio inter virum & vxorem, & inter patrem & filium, accidente iuramento sit reuocabilis, an vero irreuocabiliter subsistat, & dicat, aut iuramentum fuisse simpliciter prolatum, & tunc reuocabiliter tales donationes confirmatas esse dici debere, iuxta naturam contractus:*

Aut vero iurauit non reuocare, & tunc reuocare non posse, propterea quod est illis donatariis ius quæsitum, vt habetur in *l. vbi ita donatur ff. de donat. cau. mort. & notatur in leg. si pecuniam, in princip. ff. de*

condit. ob caus. subdit etiam Cacci lupus, non obstatore notata in causa fina. de procura lib. 6. propterea quod procurator ibi eligitur ut nudus minister, non ut commodum sentiens, & ideo ius extimabile ei quæsitum non censetur.

Subdit tamen eam decisionem conclusionem suam confirmare inspecto communis notariorum stilo & consuetudine: Nam ut plurimum in instrumentis dici solet, iuravit praedictam donationem ratam & firmam perpetuo tenere & obseruare, nec contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Iuramentum ergo ita conceptum simplex non esset, sed omnia comprehenderet & solenne diceretur, iuxta formam traditam à Rolando magistro practicæ. & ideo subdit Caccia lupus in questione de facto eum dixisse patrem talam donationem reuocare non posse, repugnante iuramento, ex quo filio ius quæsumi dicitur, ut declarat Bald. Quinimmo inquit plenaria verba apponi consueuisse, ut ibidem latius ipse prosequitur. Præterea quod iuramentum non firmet contractum contra legis dispositionem de iure ciuili, secus autem de iure canonico, voluit etiam Abbas in dicto capit. cum contingat, numero quarto, & tribus comprobatis rationibus, de quibus ibi per eum late, & iterum idem Abbas in cap. quem admodum, §. illud autem, numero vndecimo, extra de iure iurand. inquiens illud, quod dicitur, iuramentum contra legem non obligare, tunc procedere, ut inquit Hostiensis, quando iuramentum à iure canonico reprobatur, ut habetur in dicto cap. si diligenter, extra de foro competen. & in c. sicut, extra iure iur. an.

Nam in hoc simpliciter legi ciuili non statutum, cum illius fori iuramentum non sit, cap. nouit, extra de iudic. & capit. venerabilem, extra de electi. in sexto. Praedictis conuenire videtur Capitius in decis. 159. nume. 27. dum inquit Roman. in consil. 437. in fin. tenere, quod quando iuramentum præstatur super actu ab humana lege prohibito, si seruari potest sine interitu salutis aeternæ, seruandum esse. & mouetur ex eo quod tex. in d. c. quamvis, dictione præcisâ videtur, ut ibi habetur.

C A P . CCCXXXIV.

A R G V M E N T U M .

Iuramentum an suppleat defecatum solemnitatis.

S V M M A R I A .

- 1 *Iuramentum, an validet contractum inualidum ratione solemnitatis.*
- 2 *Statutum exclusum fæminas masculis extantibus in Iudeis quoque locum habet.*
- 3 *Patria potestas solvit de iure canonico adueniente adulta etate.*
- 4 *Donationes factæ non seruata forma statuti, non producunt obligationem etiam naturalem.*
- 5 *Obedire maioribus nostris de iure gentium debemus.*
- 6 *Contractus illius, cui à iudice bonus interdictum sit, non firmatur iuramento.*
- 7 *Confessio sine causa iuramento firmari videtur.*

T Ransendo ad veteriora, an iuramentum contractum inualidum ratione solemnitatis omisla, videndum est, utputa si mulier, quæ viuit iure Longobardorum, mundulum non adhibeat in contractu, ut debebat, sed tantummodo iuramentum validet contractum, necne. In hac controversia Ioannes de Arnono in singulati, 59. n. 1. inquit illum contractum non confirmare, & mouetur iis, quæ notat Bart. in d. l. si quis pro eo, ff. de fidei in suo. dum inquit, minorem prohibitum contractum sine quadam solemnitate, si ea omisla contrahat etiam quod interueniat iuramentum, eum contractum iuramento non confirmari, & mouetur ea ratione, de qua loquitur Barto. supra, videlicet quod peccet transgrediendo prohibitionem superioris, & ideo nulla oriatur obligatio. subdit tamē ipse contrarium esse verius, prout voluit Abbas in c. ad apostolicam, col. 2. in prin. & 3. in fin. extra de regular. & transibentibus ad religion. & mouetur per tex. in d. c. ad apostolicam, juncto c. Gonsaldus. 17. quest. 2. inducendo ut ibi per eum. & id inquit memoria mandandum esse, & notandum, quia in facto quotidie accidere potest. Refert se tamen ad Felin. in uehementem in Abbat. in cap. si diligenter, ibi, secundum corollarium, extra de foro competen.

Id quod præterea valde notandum est pro statutis quæ sunt pene in toto Italia & mundum, alias solemnitates requirunt. Præterea opinionem, quod iuramentum talèm contractum confirmet, tenet Hippol. Rimini in §. 2. nume. 34. Institut. quib. alien. licet, vel non. & eam quoque opinionem ad eum casum extendit, in quo extaret statutum, quod ad veteriora transendo contractum minoris non seruata solemnitate in eo requisita, utputa consanguineorum, & id genus annullaretur. Nam in eo etiam casu contractum ita celebratum iuramento confirmari arbitratur & subsistere, per ea quæ habentur in d. auth. sacramenta pubetum. De hoc iuramento, quod formam continet, tradit Ioan. de Neuiza. in consil. 58 numer. decimo octavo, prout tradit etiam glossa in d. l. si pecuniam. versu. necesse habebas, ff. de condic. ob cau. vbi tradit las. colum. septima, & Mathefl. in nota. 64. nota quod iuramentum. & Decius in c. primo, in prima lectura. col. decima octava. extra de iudic. & Brunus in tracta de form. in consil. 55. vers. decima conclusio, in c. ad nostram, il primo extra de iure iurand. cum simil. & Lucas de Penna in tract. de fisco, colum. 2. & Conset. in repet. rub. de iure iur. priui. 5. sed sic est, quod ea, quæ sunt de forma, debent specificè impleri, & in totum fina. extra de resistit. spolia. vbi tradit Panor. in 4. notab. & tradit Parpalia in l. si quis maior. quest. 11. c. de transact. & d. l. cum hi. §. prætor ait. ff. de transact. cum similibus, ut dixit Brun. in d. tract. car. 73. col. 4. versus ceterum forma, & solemnitas car. 50. colum. 1. & las. in l. 3 colum. 6. ff. de leg. primo. & facit text. in §. si vero expressum, in Auth. de heredi. & falcid. & illud quod voluit Barto in l. legitimis. ff. de legit. tutor. per text. in leg. fina. Cod. de administr. tuto. vbi ibidem Barto. & Salicet.

Mouetur autem Hippol. Rimini. in loco prædicto ea potissimum ratione, quod statutum simpliciter annullans contractum, in contractu iure iurando confirmato locum non habet, ut est gl. notabilis in c. cum non deceat, de elect. lib. 6. & tradit Alexand. in consil. 27. col. fina. volum. primo, & Roman. in sing. 7. & 18

& in consil. 343. & in consil. 404. & in consil. 436. & Afect. in decisio. 83. num. 12. & in decisio. 307. num. 19. & Paris. qui alios refert in consil. 16. num. 88. volum. 2. ut attestatur Regin. in consil. 100. num. 8. vol. 3. & Deci. in consil. 352. col. fin.

Præterea hanc eandem conclusionem, quod iuriurandum confirmet contractum nullum ob omissionem solemnitatis, tradit Portius in consilio octuagesimo. num. decimo quinto. Hanc quoque conclusionem sequitur Ripa in lib. 3. responsorum, respons. 6. num. quarto & quinto, qui vult, iuramentum conualidare contractum à pupillo vel adulto sine debitibus solemnitatibus celebratum & consecutum: nec non etiam contractum alienationis rei dotalis etiam quod alioquin non valeat. Vnde Tiraquel. in tract. de legibus connubial. in tex. ibi, n. penult. in gl. 5. nu. 154. inquit, quod vbi expressum aliquid pro forma requiritur, iuramentum vim expressi non habet, vt voluit Barbat. in d. consil. 55. colum. penult. & post eum Steph. Bertran. in consilio 28. ad maiorem, colum. 3. volum. primo, per ea que voluit Nicol. de Neapoli post Cyn. Richar. Malumb. Iacob. Butriga. & Rainer. de Forlilio in l. legitimos ff. de legit. tuto. Nam cum gloss. ibi quatuor retulisset, que tutor antequam administraret facere debet, & inter cætera quod iuret se utilia facturum & inutilia prætermisurum, per text. in §. fin. in Authen. vt hi qui obliga. prædicti ac etiam cum eis Bart. quintum necessarium addunt, vt scilicet expresso promittat se defensionem pro pupillo suscepturnum, per tex. in l. fin. §. omnem, C. de administr. tuto. quasi non satis sit in genere iurasse, nisi & illud specialiter interueniat, quod quidem pro forma voluit ille. §. omnem De hoc tamen dicto Bartoli refert se ibidem Tiraquellus ad illud, quod dixit supra numero 93. vers. secundo limita. & 2. sequenti. Vnde etiam Berous in consil. 41. numero decimo octavo, vult, vt eo ipso quod iuro donationem ob ingratitudinem non renocare, huiusmodi iuramentum formæ vitium patiatur, quod quidem formæ vitium iuramentum vitiat, & ideo singulariter dixit Bal. in c. i. extra de iure iur. quod si iuro soluere aliquid iurarum nomine huiusmodi iuramentum non obligare, ob id quod formæ vitium patiatur. Expressa enim nocent, c. expressam. de iure iur. in 6. & id eo inquit huiusmodi iuramentum non obligare, vt ibidem latius ipse prosequitur.

At Gozad. in consil. 16. numero decimo quarto, distinguebat inter solemnitatem probatoriam & alias solemnitates, & ideo inquit quod vbi cunque contractus est nullus ratione solemnitatis probatoria, & tunc iure iurando non confirmetur: & ratio est, quia huiusmodi solemnitates ob publicam utilitatem requisitæ videantur, cui sane partes etiam iure iurando renunciare non possunt. l. ius publicum, ff. de pact. & l. nemo potest, ff. de lega. 1. & ita inquit dicere Barto. in d. l. si quis pro eo, in septimo membro. ff. de fidei iusso. & Alexand. in consil. 95. in fin. volum. primo, & Soin. in consil. 97. colum. final. versicul. 3. & vlt. conclusio, volum. 1. exemplum ponunt in statuto disponente, vt contractus in duobus testibus probetur. Nam si aliter probetur, non subsistit, & præsertim si sit probatio per instrumentum inducta, vel carta pecudina, vt inquit Imola in c. cum P. Tabellio, extra de fide instrumen. ea enim probatio est præterius diuinum, & ideo modis & limitari potest. Et hoc

voluit Abbas in d. c. cum contingat, extra de iure iur. & facit etiam illud, quod dixit Bald. in c. cum contingat, in septima conclusione negatiua, & ideo inquit in tali casu fidem contractus deficere & probationem & ex consequenti iuris iuriandi etiam probationem deficere. Subdit præterea ibidem Gozad. num. 15. quod vbi cunque statutum annullat contractum celebratum & initum cum minore sine quadam solemnitate etiam quod obligatio, quæ à iuramento prouenit, & ipsi Deo acquiritur, tolli non possit, vt notatur in c. i. & in c. debitores, extra de iure iur. at-tamen statutum omnem obligationem tollere, quæ ipsi parti acquiritur, & invalidatur, argumen-to eorum, quæ notantur in l. cum lege ff. de fidei iusso. & in l. si non sortem, in prin. ff. de condic. indeb. & ideo tale statutum in foro seculari, cum in suo foro lex ciuilis disponere possit etiam super iuramento & obli-gationem ipsius prohibere, vnde est, vt ex eo in foro seculari agi non possit, cum obligationem non producat, vt notatur in d. l. si quis pro eo, & in l. prima, C. de ope liber. vbi Bal. & Imol. in d. c. cum contingat. In foro autem ecclesiastico secus est, vt refert & se-quitur Ioan. Bapt. de sancto Seuerino in l. omnes populi, ff. de iusti. & iure. Sed statutum tollit probationem & fidem, ita vt nullus vratur in iudicio illa scriptura: ergo in foro seculari agi non potest. Item hanc opinionem sequitur Dominic. à Sancto Geminiano in consil. 51. num. 1. cum sequentib. querens, an subsistat iuramentum præstitum à minore contra formam statuti, & concludendo inquit illud non obligare dicendum esse, & eidem argumentationibus vtitur, quibus vñus est Barto. in d. l. si quis pro eo, videlicet quia incidit in peccatum, & ideo inquit quod cum statutum, de quo ibi minori ne contrahat præcipere, nec contractum iure iurando confirmare, & ipse minori iure iurando contractum illum confirmando, præceptum ipsum spreuerit; quo fit vt in peccatu mortale incidat, merito vt tale iuramentum seruandum non sit, concludendum esse, vt dixit Barto. in d. l. si quis pro eo. & huic opinio-ni inquit Geminianus adhærere Butrium in antiquis collectis, licet deinde sententiam & opinionem mutauerit. Et idem quoque inquit tenuisse Zabarellam. & pro hac opinione inquit etiam facere quod vbi etiam ius diuinum simpliciter loquens reperitur distinctum ab alio iure, potest Princeps secularis etiam inter suos subditos ex causa distinguere, vt patet ex principio Decalogii-bi, Non occides. Et tamen eodem iure diuinum dicitur, Qui occiderit, occidatur. Et ideo subsistit lex dispo-nens legitima causa bannitum impune occidi posse, vt notat Ioan. And. in additio. ad Specul. in tit. de const. in fi. & Barto in l. omnes populi, ff. de iusti. & iure, & faciunt ad hoc ea, quæ notat Innocen. in c. que in ecclesiistarum extra de constitut. vnde redeundo ad rem nostram, idem quoque in terminis nostris dicendum est cum de iure diuinum simpliciter quæcumque Deo iurare debere reperiatur, & illud quod ipsi Deo iure iurando promittit obseruare, cum habeamus, Redde Domino iuramenta tua, vt est text. in cap. & si Christus, extra de iure iur. & in capit. quacunque & in c. ecclesia, & in cap. iuramenti, 22. q. 5. & id multis in casibus distinctum appetet, cum habeamus pluribus in casib. obseruandum non esse, vt patet ex iis, quæ notat gloss. in cap. quemadmodum extra de iu-reiur.

rejurand. Merito igitur stantibus praedictis potest statutum laicorum legitima de causa statuere, vt minor in aliquo casu ad obseruandum tale iuramentum non obligetur, & præsertim cum in hac re, & in eadem specie iuramentum distinctum repetriatur, & ne obliget determinatum: quandoquid si iuramentum quempiam adigeret, vt illud faceret quo corporis salus ei adimeretur, vtique tale iuramentum obligatorium non esset, vt patet ex cap. final. 22. quest. quarta, & notat gl. in d. c. si vero, extra de iure iuram. statutum igitur laicorum aliquid ad conseruandas substantias minorum, qui sagaces non sunt in illis conseruandis, prout quādo sunt maiores aliquid disponit prouidendo ne eis corporis salus auferatur, & sic disponit in re alias à iure permissa, omnino valere debet, argumento corum qua supra deducta fuerunt.

Subdit i pse præterea, quod si teneremus, quod dispositio ab ipso statuto facta esset consilii, non autem præcepti, ob id quod non præcipitur subdito, nisi illud tantum, quod ad suum commodum pertinet & vtilitatem: negare tamē non possumus quin huiusmodi consilium, reuerentia consilium sit, non autem perfectionis. Consilium namque perfectionis est, quando alicui vt actui resistat & ipse ex consilio humiliatis ad non resistendum, mouetur sed ad subsistendum vt ex eo magis Deo placeret, vt notat glo. in verbo, propter Deum, & in capitu. solita, extra de maior. & obedien. vt est illud, Si quis percussit tibi maxillam, prebe ei altera cap. quisquis, 14. questio. i. propterea quod ob huiusmodi patientiam multo magis meretur. Consilium autem reuerentia est, quando alicui ne actū faciat ob aliquam superioris reuerentiam consultur: Ipse tamen superior præfixe actus ipsius exercitiū non prohibet, id probatur ex iis, quæ dixit gl. fina. iuncto tex. in cap. ad aures. extra de tempo. ordinatio. & gloss. in verbo, humiliter, in capit. testamentum, distinct. 6.

Cum igitur statutum prohibeat minori, ne in contractu iuret, intelligendo vt huiusmodi præceptum sit potius consilii, esse non potest, nisi consilium reuerentiale, vt saltē minor ob reuerentia quam superiori impartiri debet, eo consilio nō iurandi vtatur. Quando autem lex vel statutum subdito consulit aliquid, quod ad consilium pertinet reuerentiale, tali consilio obediēre necesse est, vt notat gl. in c. ad aures. & gloss. in verbo, extortum, in clemen. i. de test. & tunc negligens & impugnans consilium reuerentiale superioris peccat saltē venialiter, vt notauit Arch. in c. testamentum, super glo. dist. 6. & iterum idem notat in c. alias, super gl. in ver. nonne, dist. 25.

Si igitur intelligamus tale statutum præceptiue loquatur, & sit potius consilii quam præcepti, vtique vt sit consilii reuerentialis necessario dicendū est: & ideo tale præceptum iurantem ad obseruantiam peccati saltē venialis compellit, sed iuramentum, quo quis ad peccatum veniale adstringitur, iurantem ad illud obseruandum nō obligat, vt notat gl. in c. si quid, 22. q. 4. & supra late diximus. & tradit loa. And. post Arch. in c. 2. de pact. lib. 6. ergo siue hoc statutum præceptiue intelligatur, siue consultive, sequitur vt iurans illud seruare non teneatur. Item dicit non obstat tex. in d. c. cum contingat, extra de in-

rejur. & in c. licet, cod. tit. lib. 6. & in c. quamvis, de pac. eodem lib. 6. Nam vt dixit Bart. illa iura non dirigunt prohibitionem in personam, sed in contractum vel rem, & ideo cum persona non sit affecta, huiusmodi prohibitione contrarium faciendo & iurando actus substinetur, secus vero est, si prohibitio in personam ipsam eam afficiendo dirigatur, & ad hoc inquit facere tex. in c. dilectus, il. secundo, iuncto tex. in c. tibi qui, de rescript. lib. 6. vbi manifeste apparet, plus esse prohibere, ne quis actum faciat, quam manda-re aliquid super re ad personam spectante, vt latius ibi habetur. Item Corn. in conf. 35. per totum, vol. 3. pariter tenuit, vt non obstante statuto prohibituo, contractus mulierum & minorum iuramento cōfirmetur, declarat tamen hunc in modum, vt scilicet, quando statutum simpliciter disponit actum quempiam fieri non posse, vel simpliciter sine solemnitate, vel disponit in fauorem priuatum tan-tum, vel principaliter & secundario in fauorem publicum: & tunc vult vt contractus ipse iuramento firmetur. d. c. cum contingat, & d. c. quamvis, & dict. authen. sacramenta puberum, prout dixit Barto. in d. l. si quis pro eo ff. de fideiuso. & Ang. ibi, & rursus Barto. in d. l. Seiu, & Augerius, ff. ad l. Falci. & in d. auth. sacramenta puberum. & Feder. de Senis in conf. 281. & Anch. in d. canonum statuta, extra de conf. & Butr. Imola & Nicola. in d. c. cum contingat & ponit Bart. & sequuntur alii Doct. exempla huiusmodi, vtputa si statutum disponat, & velit, mulieres sine cōsensu quarundā personarum contrahere non posse, & tunc pro indubitato pene ab omnibus tenetur, vt si verba in rem non in personam dirigantur, prout dicunt Doct. si statutum dicat, non posse contrahere tunc contra-ctum iuramento firmari, & præsertim si huiusmodi statutum videatur præcise mulierum fauorem & commodum respicere, non autem publicum, & idem volunt, si fauorem publicum secundario, vt si pralate diximus) respiciat. Dixit tamen Corne. in d. conf. 35. num. 6. vol. 3. vt si statutum vtatur verbis prohibitiis directis in personam, vt est verbum, debet, & tunc inquit alterationem esse inter Doctores: Quia Barto. in d. l. si quis pro eo, & d. auth. sacramenta puberum. & in auth. decernimus. C. de arbit. voluerunt, vt quando statutum prohibet ne quis contrahat, si cōtrahat & iuret, huiusmodi iuramentū seruandū non sit, & ex consequenti contractum non conuaderet, & id eadem ratione de qua supra plura diximus, quod facere contra superioris prohibitionē peccatum sit, iuxta illud quod supra diximus, videlicet quod qui non obediēt Principi, morte moriatur, in capit. secundo, extra de maior. & obedien. & secundum Regum. capit. tertio. & maxime, quia habemus Deutero. cap. decimo septimo. vt ille qui non obediērit decreto iudicis, moriatur. & dixit etiam sanctus Paulus in epistola ad Romanos. in capit. vigesimo primo. omnis anima sublimioribus potestatis subditā sit & in capit. secundo extra de censibus, sed sic est (vt supra diximus) quod iuramentum illud, quod dat ansam & occasionem peccandi, non obligat, ex quo tendit in dispendium salutis æternæ d. cap. cum contingat, in fi. extra de iure iuram. & d. cap. quamvis, & capit. non est obligatoriū, de reg. iur. in 6. merito vt seruandū non sit, dicendum est, si cōtra legem interponatur prohibentem quempiam contrahere ea ratione, de qua

de qua per Barto. in dictis iuribus, & in l. is, cui bonis, ff. de verbor. oblig. qui adducit in d. l. si quis pro eo, & in d. authen. sacramenta puberum, & in d. auth. decernimus, C. de arbit. qui dicunt quod quando statutum prohibet, ne quis contrahat, si contrahit & iurat, tale iuramentum seruandum non sit, & contractum non conualidare: quia facere contra præceptum superioris, est peccatum, vt supra sape diximus, & multis locis comprobauimus, & iuramentum quod inducit peccatum, non obligat (vt supra late dictum est) merito tale iuramentum contra dispositio nem legis disponentis per aliquem contrahere non posse, seruandum non sit, prædicta ratione in dictis iuribus, & in l. is cui bonis, ff. de verbor. oblig. & in d. l. si quis pro eo, refert illud quod voluit glo. & Ioan. Andre. in d. c. licet mulieres. de iure iurand. libr. 6. inquiens, post Hostien. quod si quis iuret non alienare, & deinde alienet, & eam alienationem iure iurando seruae promittat, iure iurando non firmari, prout dixit Specula. in titu. de emptio. & vendit. §. tertio loco. versic. & dicit notandum generale, & eam opinionem Barto. inquit tenuisse etiam Ange. in dicta l. si quis pro eo, & Anch. in d. c. cum contingat. & hanc conclusionem inquit tenere etiam Angel. in d. auth. sacramenta puberum, & si, vt supra diximus, illam rationem de peccato approbare non videatur. Subdit tamen statutum tunc personam inhabilem reddere dicendum esse, & eam rationem ab aliis adductam non esse, sed potius velle ut prohibitus alienare quandoque non peccet, & ideo iuramentum talis alienationem firmare, vt est text. in l. lex, quæ tutoris, in princ. C. de administratura. & in l. minorum, C. de prædi. mino. quæ prohibet minores alienare, & ea prohibitione non obstante alienatio iuramento confirmari dicit, vt habetur in d. authen. sacramenta puberum, & alia multa de hoc prosequitur Corne. ibidem usque ad num. 8. Vbi ex prædictis inquit concludendum esse, quod licet statutum velit & expresse dicat, mulierem non posse, nec debere contrahere: nihilominus contractus iuramento confirmetur, prout voluit etiam Anch. in d. c. canonum statuta, ea tantum ratione, quod nō referat, an verba legis, vel statuti dirigantur in personam, vel in rem: Quandoquidem si verba prohibitiua in rem diriguntur faciens prohibitus dicitur, quia qui prohibet unum, prohibet etiam antecedens. dicta l. oratio ff. de sponsal. & l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procurat. secundum eum, & hac ratione idem firmat Abb. in d. c. cum contingat, & Castr. in d. auth. sacramenta puberum, id quod firmat etiam Raphal. Fulgos. in dicta auth. sacramenta puberum. & præsertim ea ratione, quod posito ut contrahere sit peccatum, ob eam tamen statuti transgressionem, ut peccatum sit dici, tamen non potest, ut contractum non seruare sit peccatum, ex quo statutum non prohibet obseruantiam, & si contractum prohibeat & annullet secundum eum & hanc rationem firmat etiam ibidem Castrens. & Imola in d. c. cum contingat, id quod videtur etiam tenere ibi Abbas subdit præterea Corne. ibidem, satis ex prædictis apparere pro ea parte, ut contractus confirmetur esse communem opinionem, quamquam tenuerunt Ioa. de Lign. Butrig. Imola. Abba. Raphael. Castrens. Ludouic. Bald. & Angel. Præterea Corne. in consilio 121. numero 8. volumen. 2. pariter vult, ut iuramentum defectum solemnita-

tis ad donationem requisitæ non suppleat, qui ibidem etiam voluit ut statutum actum annullans obdoli & fraudis præsumptionem (de qua supra satis late dictu est) trahatur etiam ad contractum, vel actum iuratum, & ibidem nume. 21. satis inquit constare ab statuto iura positiva tolli posse, & inquit in eo casu opin. Barto. procedere posse, dum vult ius iurandum non operari, vbi solemnitas probatoria deficit. Nec contrarium velle arbitratur Doctores præallegatos. dict. c. cum contingat, quia loquuntur, vbi statuta disponerent, ut nō sufficiat iuris diuinis probatio, volentis vt in ore duoru, vel triu stet omnne verbum. Facit etiam ad prædicta illud, quod notat Bald. in dict. auth. sacramenta puberum. & sequitur Abbas in d. cap. cum contingat. qui dicunt iuramentum minoris censeri simulacrum seu fraudulenter adiectum, non autem in fraudem iuramenti adiectum, & ideo valere, si in loco dictorum statutorum accedit, vt minores & mulieres defraudentur, vt late ipse ibidem prosequitur. & rursus quod iuramentum firmet contractum initium sine solemnitate statuti, quando statutum inducit solemnitatem ob doli & fraudis præsumptionem, adite potes illum locum & notari debet. Præterea quo ad solemnitatem probatoriam loquitur iterum Cor. in consili. 32. n. 1. vol. 3. vpputa, si statuto caueatur, vt in quolibet instrumento debeat esse subscriptio alterius notarii ultra illum, qui de eo actu rogatus fuit: & quatenus aliter fiat, tale instrumentum sibi ipso iure nullum, an si iuramento valletur confirmetur & subsistat, & quo ad hanc solemnitatem probatoriam, an scilicet ius iurandum actum conualidet, qui alioquin esset nullus ob omissionem ipsius solemnitatis, tradit Bart. in d. l. si quis pro eo, non repeto. nam concludit, quod vbi actus est nullus ex causa omissione solemnitatis probatoriae, talis solemnitas omessa non validetur si huiusmodi solemnitas probatoria ob publicam utilitatem inducata sit, propterea quod ut supra diximus pactis vel iuramentis creditorum auferri non potest, d. l. nemo ff. de lega. primo. Item Alexand. in consilio nonagesimo quinto, numero quinto, volum. primo. pariter inquit, quod quando ad actus validitatem aliqua solemnitas requiritur probatoria, talis actus iuramento non conualidetur, si solemnitas illa probatoria nō interueniat & rationem esse dicit, quia solemnitas illa iure publico introducta est. Et hanc conclusionem tenet Steph. Bertran. in consil. 227. numero 1. volum. 1. & ideo concludit, vt in huiusmodi contractibus, si ius iurandum interueniat in eo casu ob ipsum iuramentum actum seu contractum ipsum confirmari non aliter ac si tutoris auctoritas, seu curatoris iudicis decretum interuenisset.

Item Augustinus Berous in consilio vigesimo sexto, numero 21. volum. secundo, conatur tenere prædictam conclusionem, vt scilicet iuramentum solemnitatem à statuto requisitam non suppleat, inquit enim huiusmodi contractum factum contra prohibitio nem statuti dirigentis prohibitionem in contrahentem ratione fortasse imbecillitatis iuramento non confirmari, ut ibi latius per eum, dum vult mulierem naturaliter non obligari, eandem conclusionem tenuit iterum Berous in consilio centesimo quinquagesimo quarto, numero duodecimo, volum. primo dum inquit, quod si contractus minoris sit nullus, non solum ratione, minoris etatis, sed alia quoque

ratione, utputa quia forma tradita à lege vel statuto seruata non est, iuramentum talem contractum non conualidat, nec minor illum obseruare teneatur. Si vero minor iuret non contrauenire ratione minoris à tatis, vel alia quavis ratione, tunc iuramento confirmetur, & minorem talem iusfuran- dum seruare debere, ut ibidem pluribus ipse compro- bat.

Quæsivit etiam Bald. in hac materia de hac no- tabili quæstione in consilio 414. num. 1. vol. 3. cum enim ibi de donationibus registrandis in libro pu- blico loqueretur, præsupponit ibi extare statutum disponens, quod partes contrahentes teneantur curare, ut contractus & instrumenta ascendentia ad libras centum registrentur in aliquo libro exi- stenti in camera massariorum communis Gualdi infra 10. dies à die celebrationis ipsius contractus: & si id non seruetur, ex tunc contractus celebra- tus non seruata prædicta forma ipso iure sit nullus & non subsistat, & nulla partium ex tali contractu actionem habeat agendi vel petendi vi illius con- tractus non registrati: stante huiusmodi statuto Gualdi accidit, quod quidam contractus compro- missi à libris 50. supra partium negligentia regis- tratus non fuit, iuxta formam dicti statuti, & ex conse- quenti ipso iure sit nullus, quæsum fuit, an peti- possit, ut nullus non pronuncietur ob id quod iura- tum fuerit in contractu compromissi laudum fe- terendum ab ipsis arbitris omnino à partibus ser- uandum ac ratum habendum, nec contra illud ve- nire non petita absolutione à iuramento prædicto, ex quo partes non dicuntur venire contra ipsum compromissum & laudum ex forma ipsorum com- promissi & laudi, sed solum ex negligentia partium quæ registrari non curauerunt, cum à lege forma data esset vel statuto, si seruata non sit, cum sit iu- ratum cum quandoque à iuramento recedi possit, quandoque non. Et ideo inquit Bald. forma quan- doque data est fauore contrahentis, & ab ea recedi potest, etiam quod iuretur. cap. eum mulieres, extra de- iure iur. & d. authen sacramenta puberum.

Si vero sit forma probatoria, & tunc à tali forma recedi non potest, licet iureretur, ut plene notat Bartol. in d. l. si quis pro eo, ff. de fideiuso. & ideo inquit, q. si contractus requirit insinuationem, & tunc si nō insinuetur, non valet etiam iuramentum, quia insi- nuationi renunciari non potest, ut notant Doctor. in l. illud. C. de sacrosan. eccl. & ita in proposito no- stro: Nam si deficiat insinatio, ex tali contractu ius non oritur, nec probatio. Nec dicitur periurus, qui iuris auctoritate vtitur, l. penul. ff. qui satisfare co- gan. & l. fin. C. de non num. pecun. & præfertim quia iuramentum præcedens defensionem non tollit, quæ deinde nascitur ex subsequeti negligentia, vel ex alia noua causa. l. sed & si possessori. §. secundo. ff. de iure iur. ex quibus inquit Bald. concludendum es- se, eum periurum nō dici, propterea quod rationa- bilitate statuti beneficio vtitur, cum lex vicem A- postolici teneat, & iuramentum relaxare possit, ut legitur & notatur in l. adigere. §. fina. ff. de iure patrona. & licet compromittere, prout est actus electiuus personarum, non sit contractus, nec laudum arbit- tratoris: attamen promissio de stando laudo, con- tractus est, & illa promissio registranda erat: alio- quin esset nulla, & ideo remanet laudum sine yllo

vinculo obligationis, & ex consequenti validum est, nisi partes postea consenserint adimplendo laudum, l. secunda, & ibi tradis gloss. C. commun. viri- usque iud.

Hanc eandem conclusionem sequitur ibidem Bald. in consilio 94. num. 2. vol. 5. Vbi loquendo de statuto respiciente contractus virorum, ac etiam de statuto respiciente contractus mulierum circa minores inquit, quod ex quo erant inhabiles, ex quo statutum eos inhabiles reddidit, nisi quedam forma seruetur, & præfertim circa curatoris gene- ralis auctoritatem, vel duorum consanguineorū, qui debent repræsentare, seu supplere a tate mino- rum, merito mirum inquit non esse, si id non va- let, quod contra formam statuti gestum est l. cum lex. ff. de fideiuso. & l. non dubium, C. de ll.

Nec inquit valere in eo casu iuramentum, quia non sumus in iure communi, sed in iure municipali: Vnde iuramentum non repræsentat præsentiam propinquorum, vel curatoris generalis, & à verbis statuti recedendum non est. l. prospexit ff. qui & quibus, & l. si vero, §. de viro, ff. soluto matrim. & l. pri- ma. §. si is, qui nauem ff. de exercito, & latius ibi per eum. Videtur etiam nonnulla prædictorum attingere Bald. in consilio 408. num. 2. par. 4. Bald. præterea in dicta authentic. sacramenta puberum, n. m. 4. Cod. ff. aduers. vendit. quæsivit, an iuramentum accedens venditioni factæ à minore sine decreto venditio- nem contra duo repugnantia, videlicet defectum decreti, & beneficium à tatis, eam confirmer. & ideo inquit Ultramontanos intelligere illam auth. iuramentum excludere ius retractionis, non au- tem ius dicendi nullum: & ideo tenet etiam de iu- re Authenticorum opinionem Bulgarini, & id in- quiret probare par text in dicta authen. sacramen- tum puberum. cum dicat super contractibus: nam contra-ctus nullus. non dicitur propriæ contractus, & id etiam inquit probare per illud verbum, non retrac- tandum. & ibidem latius per eum. Item de hac vali- ditate iuramenti, & quomodo intelligendum sit, late tradit idem Bald. in d. l. non dubium. C. de legibus. Alii vero, ut inquit Bald. ita dicebāt, quod si con- tractus minoris, vel maioris valet ipso iure, & tunc iuramentum aufert omne iuris beneficium in iure singulari consistens, vt est beneficium resti- tutionis in integrum, siue consistat in iure, vt est in l. secunda C. de rescind. venditio. Alii vero, ut inquit ibidem Bal. dicebant: Aut contractus iuxta natura- lem æquitatem & secundum merum ius gentium habet esse, & si illud non habeat, secundum solemnitas, & in hoc casu si interueniat iuramentum, omnia confirmantur, propterea quod talis confirmatio pendet à iure diuino, & habet tale iuramentum substituendi causam. Vnde posito ut fuerit pre- sum, contractus tamen ob id rescindi non debet, & ita loquatur d. auth. sacramenta puberum.

Si vero contractus naturalem æquitatem non continet, utputa quia deficit forma & causa & tunc iuramentum subsistat, & ita concordantur opinio- nes Bal. scilicet & Martini, ut inquit Iacob. Butrig.

At de

At de iure canonico dicitur iuramentum interdum tollere causam prohibitionis iuris fictione, & tunc seruandum esse iuramentum: exempli gratia si causa prohibitionis est adulta ætas, tunc iuramentum fingit minorem maiorem, & ideo contractus subsistit: securis vero si non tollat causam prohibitionis vtputa statutum prohibet adulterium contrahere, quia fingit dolum & iuramentum dolii causam non tollit, & præsertim præsumpti, & ideo nihil operatur iuramentum, argumento, l. si quis inquilinos. §. final. ff. de leg. primo, tantum igitur operatur iuramentum in causato, quantum in causa operari potest, non autem plus.

Subdit deinde Baldus contra hoc videri text. in cap. 2. extra de pact. & in d.c. mulieres, extra de iure iurant. & in c. debitores, eod. tit. Vbi causa prohibitionis non amouetur à iuramento, & tamen amouetur prohibitio: & quatenus pertinet ad dictum capit. secundo, & cap. debitores, respondet quod ibi causa prohibitionis erat de iustitia positiva & immutabili non de iustitia mutabili: & ideo si ibi iuramentum obseruetur mirum non est. Hæc autem iustitia est mutabilis, cuius transgressio de iure diuino peccatum non inducit: Illa enim est iustitia immutabilis, cuius transgressio inducit peccatum, quia ius diuinum est immutabile, & in hoc inquit fundari tex. in cap. non est obligatorium. de regul. iur. in 6. Et hæc inquit vera esse, cum agitur de efficacia iuramenti respectu iurantis. At quando prohibitio concernit alium quam ipsum iurantem, iuramentum vniuersalii obesse non potest, vt notatur in l. fin. §. filius autem, C. de bonis, qua liberis.

Et ideo subdit ex prædictis concludendum esse, quod aut iuratur contra ius constitutionis, aut contra ius iurantis, aut contra ius tertii. Primo casu aut ratio probationis fundatur in æquitate naturali, & iuramentum non tenet nec obligat: Aut fundatur in quadam æquitate positiva, & tunc iuramentum subsistit.

In secundo vero casu iuramentum tenet, in tertio autem casu non subsistit, vt ex prædictis appareat. Et hæc verba subdit Bald. diligenter adnotanda esse pro declaratione text. in dicto capitulo. debitores, dum vult, quod iuramentum super usus præstitum in altero extremorum, scilicet in recipiente, non autem in promittente: & ideo promittens iuramentum obseruare debet non in fauorem hominis, sed respectu diuini numinis, cum Deo iuratur. Potest tamen peti absolutio ab ipso iuramento vt habetur in capitu. primo, extra de iudeiurando. Et tandem concludendo inquit, quod aut lex occurrit iuramento iurari prohibendo, & tunc necessaria sit absolutio, l. qui sub conditione. §. final. ff. de condicio. indebit. Aut iuramentum destruendo: & tunc aut lex dat super hoc certam formam, vtputa quod petatur absolutio, & tunc forma illa obseruanda est, ita vt propria auctoritate iurans contrauenire non possit, vt notauit Innocentius in dicto capitulo venerabilem, extra de electio. nisi sit iudex, à quo petatur absolutio, quod sane notandum est, vt dixit Innocentius.

Aut lex destruit iuramentum sine iudicis ministerio: & tunc ille qui facit contra propria auctoritate, est per iurus re vera, sed fingitur non per iurus, l. qui iurato. ff. qui satuda. cogant. & l. si ff. ad municipal.

Aut lex non obuiat iuramento, prohibendo vel destruendo, sed procedit interpretando, & tunc ille qui facit contra iuramentum, sed non contra interpretationem iuramenti, ipso iure non est per iurus, quia licet veniat contra verba, non tamen venit contra mentem, vt est casus notabilis in l. fi. C. de non num. pecun.

De solemnitate probatoria loquitur etiam Bald. in c. cum contingat, num. 19. extra de iure iur. inquietus, quod ubi contractus prohibetur ratione solemnitatis probatoriaz, iuramentum non tenet, & licet adducat Bart. auctoritatem, eum tamē reprehendit, quatenus ait Barto. velle, quod prohibeat. & mouetur ex eo quod ius non prohibeat, sed fides probationi non detur. l. testium, C. de testib. & l. si vnu. eodem tit. & l. si veritas, & l. final. C. de fidicommis. subdit tamen, quod quemadmodum deficit probatio contractus, pariter etiam deficit ipsius iuramenti: & ideo ex defectu probationis iuramentum sic efficax. Hanc præterea conclusionem sequitur etiam Ruin. in consil. 159. num. 9. & 15. vol. 5. Nam in primis ibid. num. 9. inquit, non obstat iuramentum cum non conualider contractum: & ideo ut in invalidum & nulliter præstitum fuit. Nam cum contractus ex forma statuti sit nullus ipso iure, cum forma à statuto tradita seruata non sit, vt ex supra dictis ibi apparet, merito non valeat etiam iuramentum, & præsertim si statutum verbain rem dirigat, non in personam, vtputa prohibendo alienationes, & quietationes, quæ sine forma, & solemnitate à statuto requisita fierent, nō autem prohibendo personam minoris, vt voluerunt Bart. & Ange. in d. athen. sacramenta puberum, & in d. l. si quis pro eo. ff. de fideiuso. At nume. decimoquarto, id limitat, quando liberatio & iuramentum dolo & fraude extortum præsumitur, quia statutum ita præsumat, & præsertim si solemnitas, de qua in eo, obseruata non sit, & eam præsumptionem inducere potuit secundū eum, vt notat Bart. in l. omnes populi, cum quo transiit, Bald. in d. auth. sacramenta puberum, & ratio est, quia minores facilime decipi possunt d. l. 1. ff. de mino. Nā in hoc casu stante legitima causa ius diuinum limitari potest à laicorum statuto, vt notatur in d. l. adi gere. §. quamvis. ff. de iure patro. & notat Innocen. in d. ca. que in ecclesiistarum. extra de constit. Nam huiusmodi statutum ita præsumens subsistit, vt dixit etiam Petrus de Anchar. simpliciter transiens cum Bar. in d. cap. que in ecclesiistarum. quest. 9. extra de constitut. & in cap. ea, que. de regul. iur. lib. 6. & si talis responsio tutta non videatur, nisi subsit iusta causa præsumendi, per ea quæ in contrarium deducuntur.

Item hanc eandem opinionem sequitur iterum Ruin. in consilio centesimoquinquagesimo. numero nono, & numero decimoquinto, volum. quinto, & id eo inquit, iuramentum contractum non conualidare, quia fuit in invalidum nulliter præstitum, ex quo non seruata forma à statuto introducta, nullus est ipso iure, & ideo inquit etiam iuramentum uti accessorium non valere. dict. l. non dubium. Cod. delegibus. & notat gloss. in leg. si patronus. §. final. ff. si quis in fraud. patron. & Bald. tradit in l. secunda. Cod. de inoffic. testamen. Illud tamen animaduertendum est, quod licet id inter Christianos verum sit ex quo compellitur iure canonico iuramentum seruare, quod sine interitu salutis æternæ seruari potest, dict. cap. K Kk 4 cum

cum contingat, extra de iure iurand. attamen inter Iudæos, qui iuramentum præstant alteri Iudæo, superdicta procedunt, & ideo contractus, qui ex se nullus est, non conualidatur, & præsertim si tale iuramentum iure ciuili vel statutario reprobetur, vt dixit Pau. Castren. in consilio 100. visa quadam scriptura, &c.

Nam vt ipse inquit, hodie de iure canonico maiorem auctoritatem habet iuramentum quam olim de iure ciuili haberet: quandoquidem olim si actus non subsistebat principalis pariter nec iuramentum subsistebat, d.l. non dubium, C. de legibus, & l. si quis inquilinos, § final ff. de lega. primo. Hodie autem de iure canonico res aliter se habet, si seruari potest sine peccato, d.c. cum contingat, & id ob periculum animæ, quod quidem ius canonicum Christianus respicit, quibus summus Pontifex præst, quo ad spiritualia & animæ periculum concernentia, & ideo inter Christianos ius canonicum seruandum est, non autem ciuile, quod ei contradicit, cap. 2. de pact. lib. 6. sed animæ iudæorum ad protectionem summi Pontificis vel ecclesiæ non pertinent, cum nihil ad ecclesiam de his quæ foris sunt, capit. multi, 2. quest. prima, & ea gaudemus, extra de diuort. si vero, vt inquit Paul. Castren. in contractu cum Christiano initio utique dicto iuramento state coegeretur: non autem ex eo quod Deum offenderet, illud non seruando, sed ex eo quod Christianum offendere, argumento eorum, quæ notantur à gloss. in c. per miserabilem. extra de vñsur.

Voluit igitur Castren. vt in eo casu, in quo de iure ciuili iuramentum reprobatur, tunc inter Iudæos lex ciuilis seruetur, & ideo per ius canonicum ab ea recessum non sit, & ex consequenti quod ad ipsius iuramenti obseruantiam cogi non possit, tamquam sit nullum, & ideo actus super quo interponitur, ex quo ex se nullus est, non conualidetur, & ex consequenti quod statutum in hoc casu actum annulet, ac etiam iuramentum super eo interpositum si omittatur forma à statuto tradita. Quod autem statutum de iure ciuili sit validum, habetur in dicta leg. adigere, § fina ff. de iure patrona, & dicta l. inquilinos, § fina ff. delegat. primo, & l. iurisgentium, § generaliter ff. de pact. & dicta l. non dubium. Cod. de legibus.

Inter Iudæos est seruandum perinde ac si de iure canonico aliter cautum non esset quia de iure ciuili quo ad Iudæos in hoc canonico recessum esse non dicitur: si vero à statuto actus minoris iurans non annullatur, & tunc inquit iuramentum etiam inter Hebræos actum minoris confirmare invalidum, cum Imperator eum non improbet, sed confirmet iuramentum, dicta authentic. sacramenta puberum. Cod. si aduers. vendi. & hæc satis clare ex Bald. apparent in d.c. vnico, § item sacramenta puberum, in titu. de pace iuramen. firman. inquiens iuramentum respicere salutem animatum ac Dei reuerentiam, & ideo in iuramento Iudæorum vel excommunicatorum locum non habere, quatenus res inter eos agitur, propterea quod vincula sacramentalia, actiue vel passiue in illis, qui de sacro oculi non sunt, minime cadunt. Subdit tamen Bald. in contrarium facere, quod eos arctet Imperator, vt ibi: & ideo videtur intentio Bald. vt inter Hebræos iuramentum operetur, vt inter Christianos, quando ius ciuile illud approbat vel non ap-

probat, vti dicitur approbatum, quando sumus inter terminis iuris communis, dicta auth. sacramenta puberum. At quando per ius ciuile actus etiam iuratus annullatur & reprobatur, siue ita disponente iure communii, siue municipalii, voluit Bal. vt inter Hebræos iuramentum nihil operetur, & vt statutum quo ad eos sit validum & seruandum; & ita etiam inquit concludere in his terminis Maria. Soc. Sen. in consilio 66. frustra plenitudini, &c. column. penultim. & fina.

Vbi per predicta concludit, vt in casibus, in quibus de iure ciuili actus iuratus non subsistit, vt habetur in dicta l. non dubium, quod licet de iure canonico aliter sit statutum ob iuramenti vinculum, tunc inter Iudæos ius ciuile seruandum esse, & ad hoc refert etiam Roman. in consil. 155. Premissum laudum, infin. qui respectu iuramenti, de quo agitur, inquit Iudæos non ligari canonici constitutionibus, cum non ligent, nisi subiectos ecclesiæ, dicto c. iubemus. At de hoc articulo, videlicet iuramenti inter Hebræos præstigi late suo loco infra dicemus, propterea quod viuunt iure Romano. l. Iudei, C. de Iude. & id ideo notandum videtur, quia vt dixit Imo. in cap. super his, extra de voto, & Doct. in c. Iudei, extra de Iude. statutum † excludens fœminas existantibus masculis, in Iudeis quoque locum habet, & facit etiam illud, quod notat Bald. in l. spadonem, § iam autem, de excu. tur. & ideo statutum hoc, de quo agitur, etiam inter Iudæos locum habet, & vt ex consequenti formam ab eo traditam seruare teneatur, ac etiam eorum respectu valere, quatenus ius iurandum insitmat. Nec predictis obstare arbitratur si fortasse quispiam ex dictis contrahentibus iam Hebræis Christianus efficiatur, propterea quod cum ab initio actus non valuerit, & iuramentum ab initio semel nullum fuerit, & ab ipso statuto reprobatum, vt dixit Castren. in d. consil. d.l. non dubium. utique deinde nihil operari potest, nec conualidari. l. quod ab initio ff. de regul. iur. subdit tamen hanc rationem & hoc fundamentum verum non videri, propterea quod iuramentum à Christiano seruari debet vbiunque potest sine dispenso salutis æternæ, & id ob animæ periculum, ex quo effectus est Christianus, & incipit Bar. ratio locum habere: & ideo ea prout in Christiano à principio attendi debeat, ex quo quatenus pertinet ad periculum animæ, perinde sit ac si à principio præstitum fuisset. Nisi forte dicamus, quod more Iudæorum præstitum sit, & ideo tunc attendi non debuerit, vt infra diceretur: secus vero si more Christiani præstitum esset, vel per Deum simpliciter, ex quo in Deo patre conueniunt tam Hebræi quam Christiani. Ad hoc tamen videtur animaduertendum, quia Ruin. eodem in loco ad secundam solutionem transit, & inquit ex alio tale iuramentum non obstat, etiam quod validum fuisset: Nam quando minor simpliciter iurat non contrafacere, conualidat actum qui fuit nullus propter defectum ætatis tantum. Nam iuramentum supplet atatem, vt habetur in d. authen. sacramenta puberum.

Quando autem actus alia de causa non valeret, etiam quod esset gestus à maiore tunc tale simplex iuramentum non contraveniendi, actum ipsum non conualidat, sed tunc vt minor iuret non contravenire ratione minoris ætatis, & alia quacunque

De Executionibus, Tractatus §.9.

945

que ratione vel causa, necesse est, ut dixit Bart. in d. auth. sacramenta puberum, & etiam Bal. in c. vnicō. §. item sacramenta, in ti. de pace iura. firman. & in l. 2. §. filius autem. C. de bon. qua libe. & ideo quando actus est nullus, non solum ex defectu solemnitatis, quæ requiritur ex forma alicuius statuti in aliquo actu minoris, sed etiam quia non fuit seruata forma alterius statuti, quæ in actu mulieris necessaria est, etiam majoris iuramentum simplex non contrafaciendi præstatum, actum illum non conualidat. Rursus idem Ruin. in consil. 267. nu. 22. vol. 2. Primum inquit iuramentum non confirmare actum nullum ex defectu solemnitatis & formæ. subdit alia ratione in eo casu iuramentum ob obstare, si sit iuramentum assertorium, ut puta, quia iuratum sit omnia & singula fuisse & esse vera, cum sit de præterito, & constet ex ipso iuramento illud esse falsum, & sic de periurio appareat: quo sit ut non obliget, ut dixit Cynus in l. 1. C. de sacro. eccles. & Bart. in d. 1. cum quis deceperit. §. Titia. ff. de leg. 3. & Imol. in d. c. cum contingat & Alex. in d. 1. si donatione. C. de collat. cum concordantibus, de quib. ibi per eū. & Soc. in l. 1. col. ff. sol. mat. & sic patet, quod sit promissorium de futuro. & iterum idem dixit Soc. senior in consil. 40. col. penu. versic. non obstat. Præterea de ipso iuramento assertorio tradit Humbertus de Bouenico in d. auth. sacramenta puberum, numero. 107. C. si aduers. vendit. Illa autem videtur differentia inter iuramentum assertorium & promissorium, per quod debitor promittit iurando dictam confessionem ratam habere & omnia in ea contenta tenere, &c. q. sæpe ponunt Notarii nostri temporis propria auctoritate suppletæ, quod partes sæpe non expresserunt quod in eo casu debitor vi promissorii iuramenti per ecclesiasticam censuram debitor adstringi & compelli potest ad obseruantiam effectualem ipsius iuramenti. Hanc præterea conclusionem tenet Franc. Curt. in l. si causa cognita, num. 24. C. de transactio. dum inquit fateri omnes etiam aduersarios iuramentum supplere defectum solemnitatis, ut est tex. in d. §. filius matrem. Vnde infert ut multo magis defectum materiæ supplere debeat, cum maior sit defectus formæ, quam materiae, l. an inutilis. in prin. & ibi notant Doc. ff. de acceptil. quæ quidem responsio non modicum eneruat & tollit argumentum Bal. & aduersariorum, & subdit non obstare tex. in l. omnes, in princip. quia pactum, & transactio, contractuum species non sunt. Quinimo pactum & transactio non sunt species contractuum separatae: nam pactum est nomen generis, & vt genus comprehendit transactionem, quæ sit aliquo dato, &c. & vt genus continet transactionem. Pactum autem in specie sumptum, quando sit gratis, ut ipse Curt. ibidem dixit post gloss. in rub. Cod. de transactio. & ideo ut transactio valeat ut pactum in genere, in aliam speciem. Iure non dicitur, prout ibi latius subdit.

Contrariam vero conclusio. ut scilicet iuramentum confirmet actum nullum ex defectu solemnitatis à statuto inductæ, tenuit Ascanius Clementinus in tractatu de patria potestate, in c. 6. effectu vero 4. num. 46. dum inquit iuramentum esse eius efficaciam, ut actum ob solemnitatum defectum nullum, non confirmet, ut dixit Felyn. in cap. 2. extra de maior. & obedien. & tradunt Doct. in l. si quis maior. C.

de transactio. & in d. authen. sacramenta puberum. Cod. si aduers. venditio. & inquit ibidem esse communem opinionem, prout de communi opinione attestatur quædam additio ad Felin. in d. c. 2. Quinimo, inquit ibidem Ascanius, non solum conualidare actum nullum ob solemnitatum defectum, sed etiam illos contractus, in quibus legis forma minime seruata sit, ut inquit Paris. in consil. 33. num. 4. vol. 3. & Socin. in consil. 13. col. 2. num. 3. attestans, hanc esse communem opinionem, & rursus in consil. 36. nu. 8. vol. 2.

Vnde Viuius sequendo eam opinionem in tractat. commun. opin. opinione 123. lib. primo. dat pro cautela agenti cum filiofamilias, ut eum iurare procuret. Vnde dicendum videtur, filium sine patris consensu iurecurando efficaciter obligari. Pro quo ultra prædicta optime facit illud, quod dicitur quod patria & potestas soluitur de iure canonico adueniente adulta aetate, quo ad matrimonium carnale & spirituale, ac etiam quoad iuramentum, c. cum puella, 20. q. 2. & c. tribus, q. 3. & notatur in cap. honorantur. 22. quest. 1. cuius contrarium tenuit Mars. qui hanc questionem mouit in sing. decimoquarto, quem casu eueniente videoas omnino, quia videtur dictum singulare.

Hanc eandem conclusionem sequutus est etiam Ioan. Petr. Ferrar. in sua pract. Papien. informu. libel. super petitio. restitut. in integrum in §. tunc iurauit, n. 15. dum super 3. artic. qui est, quando contractus & dispositio reprobatur ex defectu solemnis: probato inquit exempla apparere in testamento nuncupatio, in quo septem testes requiruntur, vel in alio contractu, in quo determinatus testium numerus requiritur.

In eo enim casu sola deficiente solemnitate contractus vel testamentum non confirmantur iuramento. & ratio est, quia haec solemnitas ob publicam utilitatem inducta est, & ideo remitti non potest, ut est tex. in l. nemo potest. ff. de lega 1. & in l. ius publicum. ff. de pact. & rursus, nu. 16. circa 7. articulum, qui est quando reprobatur contractus ex defectu solemnitatis formalis, exempla etiam in stipulazione ponit, cum in ea ut interrogatio præcedat, & responsio subsequatur, necesse est, ut habetur in l. prima, §. 1. ff. de verb. oblig. & l. 1. C. de contrah. & committent stipulat. & aliis similib.

Plane huiusmodi solemnitate deficiente stipulatio iuramento non confirmatur, uti stipulatio, sed tanquam simplex pactum. Nam effectus iuramenti est, ut dispositio valeat eo modo, quo melius valere potest, ut dixit Bart. in l. cum patr. §. filius matrem. ff. de lega. 2. Item eandem conclusionem sequitur Guido Papæ in consil. 238. in princip. in versicu. nec validitate. Vbi de statuto loquens ait, iuramento conualidatas non fuisse, quia statutum prohibet personas illas donare, & vultus non donent, nisi seruata forma dicti statuti, & vltius procedit donationes in contrariu factas annullando, iuxta ea quæ tradit gloss. & sequuntur Bald. & Docto. in d. l. non dubium, Cod. de legibus. Quinimo ex dictis donationibus factis non seruata forma ipsius statuti, non nascitur obligatio etiam naturalis, ut dixit Bartol. in l. cum lex. ff. de fidei. sor. dum inquit ibi

ibi Barto. quod siue lex resistat contractui, siue statutum dirigendo præceptum prohibitorum in personas siue simpliciter prohibet contractum siue quadam solemnitate, vtputa sine consensu duorum propinquorum vendere non possit. Ex quo enim ne vendant, eis præceptum factum videtur: merito nec ciuilis, nec naturalis obligatio nascitur ex tali contractu, cum contractus ex quo nascitur naturalis obligatio, sit iuris gentium, quo iure maioriibus & nostris obedire debemus, vt supra etiam late dictum est, l. veluti ff. de iust. & iur. & ille qui contrafacit, ipsi iuri gentium contrafacere dicitur. Unde est, vt naturalem obligationem non pariat, vt habetur in l. antiqua iurisdictionis. C. ad Senatus consil. Velleia & notatur in l. sed & si seruum. ff. de fidei ussor. & facit ad hoc illud, quod dixit Barto. in d. l. si quis pro eo ff. de fidei ussor. & in d. l. Seius & Augerius ff. ad l. Falcid. Vbi donationem inter virum & vxorem iureiurando non confirmari: & ratio est, quia in eo casu lex personis prohibet contrahentium, & ideo qui contrafacit, mortaliter peccare dicitur, quo sit, vt huiusmodi iuramentum quod peccatum inducit, non obliget. Hinc quoque est, (vt supra etiam diximus) quod contractus filius, cui à iudice bonis interdictum est, iureiurando etiam non confirmetur. Nā contra superioris præceptum contrahendo facies peccat, & ideo ob id talc iuramentum non obligat: quandoquidem super obseruatione illius, q̄ alioquin si non obseruetur, peccatum mortale inducit appositum est: Nam contra ius & auctoritatem superioris expresse contrahere prohibentis esse intelligitur, & ideo, vt diximus huiusmodi iurandum non obligare, dicendum est. d. l. final. in princ. ff. ad municip. & d. capit. veniens, extra de iureiurando. & id etiam ad notauit Barto. in l. is, cui bonis, ff. de verborum oblig.

Et idem quoque tenet Bened. de Bouenco in d. authen. sacramenta puperum, vt ibi per eum latius. In simili etiam dixit Bald. in l. si quis pro eo, in tertio membro. in fin. & rursus in s. ante finem. ff. de fidei ussor. quod si alicubi extet statutum, vt minor vel mulier contractum quempiam sine quadam solemnitate ab eo statuto constituta facere non possint, tunc huiusmodi contractum non seruata illa forma & solemnitate initum iuramento non confirmari. Et idem eadem mortalis peccati ratione, quod ab ipsa contrafactione iuramenti prouenit, & idem voluit Barto. loquens de statuto exigente consensum propinquorum in contractibus mulietum & minorum, quæ quidem statuta in Italia & vbiique frequentissima sunt. l. secunda. in fi. C. ne fidei ussor. dot. denatur, & in consilio . . . numero octuagesimo octavo, in questio. inter Francicum. colum. secunda, & iterum Bald. in l. secunda. quæstio. nona. C. de residen. vendit. & in rub. ff. de iureiurando. colum. secunda. vers. & ideo si dicit statutum. & in d. cap. cum contingat. colum. tercia. extra de iureiurando. & in consilio 450. in pupillo. volum. secundo, & in consilio 178. ad evidentiam. volum. tertio, & in consil. nonagesimo quarto, visto statuto. volumine quinto, & Ange. in consilio centesimo sexagesimo. D. Catherina. col. secunda. versic. contrarium dico. & Petr. de Ancha. in cap. primo. in fin. quæstio. vndecimia, extra de constitut. & in consil. 183, visto diligenter narratione. colum. secunda, versic. item liberatio, & Paul. Castr. in consilio 465. visto compromiso. col. fina. volum. primo, & Petrus Ferrar.

in titul. forma libelli super petitione restitut. in integ. in vers. tunc iurauit. colum. 4. vers. dixi secundo. & Barb. in consil. decimo sexto, illud in medium. volum. secundo, & Corne. loquens de statuto disponente, quod subditus non possit contrahere [cum] extraneo sine quadam solemnitate in consilio 77. quamquam videatur, colum. secunda, versic. præterea iuramentum, volum. primo. Id autem inquit ea ratione factum esse, quod illud statutum eum inhabilem reddat, & facultatem tollat, & ideo tunc iuramentum vim & robur actui non præbet, vt dixit Angel. in d. authen. sacramenta puperum. & ultimo loco hanc conclusionem sequitur Ludouicus Gozad. in consil. decimo sexto, in hac causa, colum. 2. nu. 13.

Præterea hanc eandem opinionem sequitur Ioan. And. in addit. ad Specul. in titu. de sentent. prolato. §. vt autem. ver. hoc autem. & Bal. sibi contrarius in consilio 408. super eo, quod queritur, volum. quarto. & Ioan. Ligna. Butr. & Imol. qui dicit hanc esse communem opinionem, & Panorm. in d. cap. cum contingat, extra de iureiurando. & iterum Panorm. in cap. ad apostolicam, in primo notabili, extra de regularibus & Imola in consilio 67. in casu proposito. & Fulg. in consil. 219. visto binis praefatis, colum. penult. versicu. rursus positio. & versicu. secunda quoqueratione, vbi inquit fuisse publice eo anno disputando ita in studio Senensi determinatum Item & Paul. Castr. patiter sibi contrarius in consilio 190. cum tempore. colum. secunda, versicu. item & tertio. colum. primo, & Alexand. in consil. decimo sexto, clarissime Doctor. colum. sexta, versic. quinimmo, volum. septimo, & Socin. in consilio septuagesimo septimo, in presenti consultatione, colum. penul. volum. primo, & in consilio 147. visto facti contingentia, col. 4. ver. secundo respondetur. in eodem volum. 1. & in consil. 233. presenti consultatione, colum. 2. & in consilio 279. visto donatione, colum. prima, versic. Quibus presuppositis, in eodem volu. secundo, & late tradit Corn. in consil. 35. videtur prima facie, fere per totum. volum. 1. & in consilio 127. licet in hac consultatione, colum. 1. versic. licet statutum, eo. vol. 1. & in consil. trigesimo quinto, semper fuit vista. colum. fina. volum. 3. & 224. licet clarum, volum. tertio, & Franc. Aret. in consil. 54. in causa magistri, in primo dubio, & late Felin. in cap. si quis, col. 2. versicu. in quantum dicit, extra de maior. & obediens. & alii plurimi, quos inquit Tiraquellus eodem in loco, satis esse inconveniens signillatim referre. Præterea ultra prædicta eisdem in locis, de quibus supra, numero vigesimo octavo, subdit Tiraquellus hac de re tractasse iterum Baldum & Castr. & alios post Bartol. in dicta lege si quis pro eo. Vbi etiam tradit Cato Saccus in sua repetitio. car. 20. ff. de fidei ussor. & Bartol. Bald. Angel. Salicet. & late recentiores in dicta authent. sacramenta puperum, C. si aduers. venditio. & Bartolus, Baldus, Angelus & recentiores in d. l. is, cui bonis. ff. de verborum obligat. & Federic. Senens. in consilio centesimo septuagesimo secundo in nomine Domini Amen. factum tale est. & Bald. in d. l. non dubium, in 17. opposit. C. de legib. & lat. sime in repetitio. l. secundib. car. 11. versicul. sub quinta quæstione. ff. de iureiurando. Vbi eandem quæstionem per s. aut 6. columnas pertractat, & in consil. 487. considerandum est, volum. 3. & Angel. in d. consil. 160. D. Catherina, in 3. membra. & Pet. Anton. in repet. cap. primi, num. vndecimo, in quæsti. in versicul. quid dices, extra de constitutio. & Panorm. in consilio septuagesimo primo, in hac causa, volum. primo, & omnium latissime in sua disputatione, qua incipit, stante

stante statuto, per totum. & Canonista, & presertim An-
to. de Butr. in d.c. cum contingat, vbi tradit etiam Imol.
in 3. membro principali, extra de iure iurant. & Dominic.
& sancto Gemin. in consil. 51. super premisso, per totum, &
Roman. in consil. 437. in casu proposito, per totum. & Io-
an. Bap. a sancto Seuerino late in l. omnes populi, car. 18. in
parua impressione, vers. tertio insert Bart. cum multis se-
quentib. ff. de iust. & iure. & Alex. satis lat. in consil. 125.
vitis & consideratio, vol. primo, & in consil. 29. vijs statuto
vol. 4. & iterum in consil. 102. cum statutum, in eod. vol. 4.
& Franciscus Aretin. in consil. 2. intellecta diligenter, & in
consil. 2. diligenter & mature. col. si. vers. hoc premisso. &
Phil. Corn. late in consil. 70. Questio est pulchra, in 2. du-
bio, vol. 2. & in consil. 167. in hac consultatio. col. 2. & 3. in
ead. volum. Vbi loquitur de statuto requirente con-
sensum consanguineorum in contractu mulierum
& in consil. 88. de duobus. col. 6. ver. restat modo ad secun-
dam, cum multis seqq. vsg. in fin. in eodem volum. 2. & in
consil. 121. videtur prima facie dicendum, vol. 4. & in consil.
252. quod contractus, per totum, volu. 4. & Socin. in consil.
77. in praesenti secundo dubio, vol. 1. & Bald. a Bart. inter
consil. illius consil. seq. in eandem sententiam, in 2. quoque
dubio, in eod. vol. 1. & Curt. Senior in d. auth. sacramenta
puberum, numero trigesimo sexto & sequen. nu. quinqua-
gesimoquinto, C. si aduer. vend. & Ias post alios, in l. qui
iurato. colu. pen. & si. ff. qui satisda. cogan. & Hipp. Marli.
in leg. penul. col. 12. ver. quaro ultimo. per 4. col. ff. de qua-
tionibus.

Præterea hanc eandem conclusionem, vt scilicet iuramentum suppleat defectum solemnitatis, auctoritatis scilicet curatoris, tenet Aymon Crau. in consil. 7. nu. 16. vol. 1. inquiens ibi fuisse appositorum iuramentum, non autem fuisse datum curatorem auctoritate curatoris, vt voluit glos. in d. auth. sacramenta puberum & inquit communem esse Doctorum opinionem, & quod vbique de consuetudine obseruatur, vt ibidem etiam Ias attestatur, col 7. post medium, & Corne. in consil. 72. in princ. vol. 3. Hanc eandem opinionem sequitur Aret. in consil. 2. n. 17. dum inquit solemnitatem extrinsecam, quæ requiritur in contractu ex statuti dispositione. ob dolum & fraudem, vt est illa quod contractus factus à minore sine consensu consanguineorum non subsistat, vt ipse dixit in d.l. omnes populi, in medio illius repetitionis. ff. de iust. & iur. iuramento non confirmetur. Itidem hanc eandem conclusionem sequitur Curt. Iun. in consil. 53. nu. 5. & 6. arguendo à prodigo: & ideo inquit, quod quemadmodum iuramentum non confirmat contractum factum à prodigo, ita etiam non confirmat contractum adultri, qui habet curatorem, & est factus sine auctoritate & consensu ipsius curatoris. & ratio est, quia in eo casu adulterus prodigo equiparatur, cui bonis est interdictum vt manifeste dicit tex. in d. leg. si curatorem habens, & Augustin. Berous in consil. 37. nu. 24. vol. 1. hanc eandem sequitur opinionem, & vult vt iuramentum in contractu minorum & mulierum interpositum, formæ defectum à statuto requisitæ non suppleat, & mouetur ea ratione, quod vi vel metu extortum presumatur, vt ibidem latius ipse prosequitur. Sequitur etiam hanc opinionem Card. Alb. in l. 1. §. si impubere. nu. 13. ff. de collat. bono. dum vult iuramentum eam solemnitatis formam non supplere. Et hanc conclusionem iterum firmauit idem Card. Alb. in d.l. si quis pro eo, num. 3. ff. de fideiuso. & ideo dixit Jacob. Butriga. in l. 1. C. si aduers. vend. quod vbi contractus

est contra legem, iuramentum non teneat. d. l. non dubium, C. de legibus, sed contractus à minore initus, est contra legem. Ergo? Præterea quod iuramentum suppleat solemnitates à statutis requisitas, tenuit Ant. de Petrutia in l. 1. nu. 250. ff. de fideiuso. dū inquit, quod si alicubi extet statutum annullans actum ob solemnitates non seruatas: quo vero ad solemnitatem probatoriam tenet, vt an iure iurando confirmetur, ultra supra deducta Vbertinus de Bouenco eodem in loco, inquit hunc in modum: Aut queritur an testamentum, seu actus aliquis iuramento confirmetur, vt valeat eo modo quo actus est: & inquit in eo casu iuramento non confirmari: qui iuramentū, vt supra diximus, non supplet defectum solemnitatis probatoria, quæ forma dici potest iuramento confirmetur, vtputa si quispiam coram quinque testib. testamentum conficiat, ita vt sit defectus in solemnitate illius testamenti probatoria, non autem vere in forma, qua est vnuis & idem contextus, & proprie de forma, vtputa si aliquis faciat testamentum coram quinque testib. & ideo est defectus in solemnitate probatoria testamenti, & non proprie in forma, quia vnuis contextus est proprie de forma, & solemnitate intrinsecā testamenti, vt habetur in l. hæredes palam. §. si. ff. detestam. Nō autem numerus testium, propterea quod testes de testimenti essentia non sunt, sed tantum de probatoria solennitate, per quam testamentum in lucem deducitur probationis. d. l. questionem, ver. cum enim est, & c. C. de fidei commiss. vbi est tex. notabilis. & ideo hac de re inquit: Aut queritur, an testamentum vel huiusmodi actus confirmetur iuramento, vt valeat prout agitur, & inquit tunc iuramento non confirmari, namque iuramentum defectum solemnitatis probatoria non supplet, propterea quod non magis deducitur veritas in lucem & vim probationis ob ipsum iuramentum, cum tales solemnitates sint à iure publico introductæ, & ideo tali pacto seu iuramento priuatorum tolli nō poslunt, d. l. ius publicum, ff. de pact. & l. nemo potest ff. de leg. i. Aut vero queritur, an valeat actus, vt valere potest, & tunc concludit vt iuramento confirmetur, propterea quod tum testator iurat velle subsistere testamentum, seu ea præstari, quæ legata sunt & tunc perinde est ac si iure testimenti non valeret, sed iure codicillorum. l. cum pater, §. filius matrem. ff. de legato secundo. & notat Barto. ibidem, & in d. l. si quis pro eo, ver. septimo prohibetur. Ex quib. prium infert, quod quando quis iurat velle contractum subsistere, videatur velle actum prædictum valere eo modo, quo melius valere potest, & ideo consequens est vt donatio causa mortis coram duobus vel tribus testibus facta cum in ea quinque requirantur. l. fina. C. de donatio. cau. mor. iuramento confirmetur in totum, adeo vt in contractum transeat donationis inter viuos, si tamen vi contractus inter viuos valere potest, & vis & natura verborum hoc inferat, l. vbi ita donatur. ff. de donati. cau. mor.

Vbi cum ita donatum sit, si ius & natura verborum hoc inferat, vtputa quia in donatione causa mortis iuramentum declaratorium voluntatis ipsius donatoris appositorum sit, vtputa quia donator iurauit velle præstari id, quod donauit, &c. prout etiam cauetur in simili forma iuramenti, vt habetur in dict. l. cum pater. §. filius matrem, vel quia

iurauit ratam & gratam habere donationem, &c. propterea quod ita iurando videtur inferre, ut si non valeat donatio causa mortis, prout agebatur, valeat tamen eo modo quo valere potest, videlicet ut donatio inter viuos. At secus, si vis verborum in ipsa donatione appositorum id non inferat, vtputa quia hoc iuramentum voluntatis declaratorium non sit, sed sit iuramentum promissorum non reuocandi donationem causa mortis, vel non contrafaciendi, propterea qd in eo casu licet donator iuret prædictam donationem causa mortis non reuocare vel contra ipsum iuramentum non facere, ob id tamen non efficitur talis donatio vi iuramenti donatio inter viuos, sed remanet in meritis terminis donationis causa mortis, quæ suapte natura licet reuocari possit, in hoc tamen casu ob pœnitentiam donatoris licet reuocari non possit, ex iuris tamen dispositione, si tam ipse donatarius donatori præmoriatur, reuocabilis remanet: nam donatio causa mortis ex propria natura duplum reuocari potest, uno modo expresse, qui prouenit à donatoris pœnitentia. l. qui mortis ff. de donat. cau. mor. alio autem tacite, qui prouenit à iuris dispositione, scilicet, si donatarius donatori præmoriatur: l. i. §. i. ff. de donatio. cau. mort. & l. senatus. §. donatio. eod. tit. sunt etiam alii modi reuocationis, l. non omnis ff. si cert. pet. Unde licet de donatione causa mortis tollatur unus modus eius reuocationis, vtputa quia donator dicat nolle eam reuocare pœnitentia ductus, vel qd talis donatio nō reuocetur, donatario præmoriens telynum tantum casum reuocationis excipiendo, vtputa in casu expreso, erit sane donatio causa mortis omnino irreuocabilis: in alio vero casu omisso reuocabilis remanebit sub dispositione iuris communis. l. commodissime. ff. de liber. & posthu. & l. si confante, in princ. ff. soluto matrimon. & si donatio causa mortis in omnibus suis casibus irreuocabilis: in aliquo tantum ex dictis casibus sit reuocabilis. adhuc tamen dicitur donatio causa mortis. d. l. senatus. §. mortis causa. ff. de dona. cau. mor. si vero de donatione causa mortis omnis modus reuocationis, vtputa quia donator dixerit indefinite, donationem non esse reuocatur, vel quod nullo modo reuocetur vniuersaliter negatiue, & tūc donatio causa mortis transit in donationem inter viuos, tanquam in donando fuerit facta mentio mortis, ad donationis causam ostendendam, non ad hoc vt' appareret eum donare causa mortis, & sic vt differret donatio causa mortis à donatione inter viuos. & ita procedat text. in l. vbi ita dotatur, in qua lege ponuntur non solum verba indefinita, sed vniuersalis negativa, scilicet quod nullo modo reuocetur, &c. Quæ quidem verba generalia negativa omnino efficiunt, vt donatio causa mortis transeat in donationem inter viuos, quæ pura dicitur & absolute donatio, & nullo casu reuocabilis, vt habetur in d. l. senatus. §. donatio. & ita etiam intelligi debet. d. l. vbi, & eius declaratio sumitur ex d. l. senatus cœsuit. §. mortis causa. qui quidem. §. legem illam declarat. Et ideo ex præmissis consequitur, vt si in donatione causa mortis, quam quis iurauit non reuocare, debitus numerus testium adhibitus non sit, & à iure requisitus, tunc donator ipse donationem ipsam ex capite pœnitentiæ reuocaret non obstante iuramento eam non reuocandi, cum non transuerit in donationem inter viuos, sed remaneat do-

natio causa mortis. Nam si legitime probaretur bie donationis contractus testium requisitorum legimo numero, vtique semper remaneret donatio causa mortis. Modo sic, si donatio causa mortis, qui est principalis contractus legitime non probatur, pariter etiam nec iuramento probari dicendum est, cum sit accessuum ad ipsum contractum donationis, argumen. d. l. secunda. ff. de penu. lega. & l. cum principalis ff. de regul. iur. & ideo proprie non dicetur contractum ullum donationis reuocare. Nam donatio inter viuos non est, cum in eam donationem ut supra diximus non transierit Nec etiam proprie dicitur donator in foro contentioso donationem causa mortis reuocare, cum factam fuisse non probetur. De his namque, quæ non sunt, nec apparēt, idem est iudicium. Secundo vero loco ex prædictis inferri ait, quod si donator iurauit non reuocare donationem ipsam causa mortis, quæ vere esset & probaretur donatio testium sufficienti numero: si tamen accidat vt donatarius viuente adhuc donatore decebat, donatio absque metu periuirij reuocatur. Nam tunc non est donator, qui eam reuocat sed ex iuris dispositione reuocatur. Præterea inquit Gaufr. de Sali, in quodam suo consilio in validioribus terminis, quod si quis donando causa mortis iurauerit dictam donationem non reuocare: attamen ipsum posse prædictam donationem, si eum pœnituerit reuocare, & eam reuocando in periuirium non incidere. Nam licet de facto reuocet, non tamen proprie contra ipsam donationem facere dicitur, cum suapte natura sit reuocabilis, & in ea quod pœnitentia reuocari possit, tacite inesse dicatur. Ille namque non venit contra actum seu contractum, qui illud facit, quod est de natura ipsius & tacite inest, & de hoc inquit esse text. in c. ad nostram il. 3. extra de iure iurant. vbi ille qui iurauit in omni causa ordinem iudicarum obseruare deierare non videtur, licet in notorij non obseruet ordinem iudiciorum, de quorum natura est, vt in eis iudiciorū ordo non seruetur, vt ibi notat. Tunc namq; donator dicitur contra donationem causam mortis facere, si donationē ipsam fecisse inficietur, vel si diceret rem quampliā in ea non comprehendendi, quæ tamen vere in ea donatione comprehendenderetur. Quandoquidem, tunc vt ipse arbitratur, falsum scienter dicendo mentitur, & mentiendo ipsam donationem quam fecerat impugnare dicitur. & ideo in periuirium incurrit ob veritatis defectum, quod est vnum de tribus comitibus in iuramento requisitis. Sed redeundo ad illud, quod principaliter dicebamus, videlicet quod iuramentum non supplet defectum solemnitatis probatoriarum nec probationem iustificat: infert ipse, quod instrumentum, in quo deficit nomen Principis, vel dies, quæ ambo sunt solemnitatis probatoriarum instrumenti, iuramento nō confirmatur, vt pater ex præmissis. Subdit præterea & tertio iuramentū nō supplete defectum solemnitatis probationis iustificare, & ideo vult quod confessio debit facta ex causa, quæ iuris dispositione inuallida est, & ideo indiscreta appellatur. l. cum de indebito. §. final. ff. de probat. non confirmatur iuramento assertorio veritatis, hoc est iuramento, per quod debitor iurando asserit talem confessionem indiscretā esse verā, &c. Ratio autem quare inuallida dicitur est, quia talis indiscreta confessio decla-

declarat, quare iuramento non confirmetur, & ideo talis confessio de iure inualida est: Nam quando creditor facit petitionem sui crediti in iudicio, & in ea debiti causam adiicit: eam namque adiicere necesse est, ne petitio sua sit inepta, tanquam à causa non iustificata, quando deinde ipse actor producit illud, quod debet ad probandam suam intentionem caułantem illam confessionem debitoris indiscretam, & indeterminatam, vtique ab ea non probaretur causa in petitione proposita vera esse, cum omnis probatio iure debeat esse modo agendi & necessario probare, non autem vt ipse inquit contingenter. *l. neque natles Cod. de probatio.* & ideo non obstante huiusmodi indiscreta confessione ab actore producta, reūs absolvitur, non vi exceptionis, sed ratione intentionis actoris non probatæ, cum non probet concludenter causam propositam veram esse. Vnde cum confessio sit actus probationis, & talis confessio facta sine causa non inferat, nec probet necessario & concludenter causam propositam veram esse, ideo de iure non valet. Rationem autem, quare inualida est, supra retulimus. Vnde etiam apparet, ratio, quare talis confessio iuramento non confirmetur. Nam prudubio per adiectionem non iustificatur illa informis probatio, quæ ex tali confessione indiscreta assumitur, propterea quod confessio indeterminata ob iuramentum non magis confirmat ipsam causam in libello positam veram esse, quam prius confitimat, nec eam magis in lucem probationis deducit, quare, &c.

7 Animaduertendum tamen est, quod contra prædicta hæc repugnare videntur, & primum, † quod confessio sine causa iuramento confirmari videtur, etiam quod veritatis assertiuū sit, & si in casu proposito nullum sit assertorium iuramentum interpositum. Id autem ita probatur. & primum, quia confessio debiti in ultima voluntate, cum de iure non valeat, nec probationem faciat, iuramento tamen veritatis assertorio confirmatur: quandoquidem si testator iurauit confessionem suam esse veram, confessio valet, *dict. l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legit. 3. & §.1. colum. 5. de iureiurand. à morien. Ipraf. 1.* Hanc obiectionem soluit deinde, num. 109. eodem in loco, quod confessio facta in ultima voluntate, etiam quod interuenerit causa, non subsistit: & id ad excludendas fraudes, quæ committi possent, si fortasse talis confessio subsisteret: nam si confessio facta in ultima voluntate fidem faceret, utique consequeretur, vt inde sub quodam colere incapaci legatum relinquere posset, cum ex testamento capere non impediretur saltem iure debiti, & si iure legati non posset.

Præterea patet ultimam voluntatem conficiens aliquid debitum confitens ultra vires hereditatis filium quo ad legitimam defraudare posset, quæ vt notum est, deducto ære alienodebetur. *l. Papianus. §. quarta. ff. de inoff. testamen.* & ideo ad euitandas huiusmodi fraudes, & alias quascunque, quæ accidere possent, iura vt confessio res in ultima voluntate facta probationem debiti confessi, nisi iuramentum interuenerit non facere disposuerunt, propterea quod tunc ob iuramentum confessio vera presumitur ex eo quod testator non præsumitur deierare velle, & propriæ salutis immemor, & præfertim eo tempore, quo mors instare videtur.

cum igitur iuramentum tollat fraudis suspicionem & ex consequenti causam, quare indebiti confessio in ultima voluntate conualidetur, vt iuramento confirmetur, dubitandum non videtur: & ideo probationem faciat, ita vt iure debiti debitum iam confessum peti non possit: nam confessio sine causa ideo non valet, quia necessariam probationem non continet, nec ad debiti causam ita intentatam veram esse omnino, infert, cum modo agendi conformis non sit: Qui sane defectus ob adiectionem iuramenti non tollitur, cum iuramentum non magis inferat causam veram esse, vt supra diximus, nec etiam facere iuramentum probationem, quam ex ipsa confessione constet, que vt supra diximus, conformis modo agendi esse debet: & ideo quod eam non confirmet, mirum non est. Quatenus vero secundo loco obiiciebatur, vt praedictum iuramentum assertorium veritatis actionem producat ob id, quod iuramentum alicui delatum, quo asserti sibi aliquid sine causa actionem ex iuramento deberi, vt habetur in leg. actori. *Cod. de iureiurando.* Soluendo ipsam obiectionem inquit, quod iuramentum litis decisorum, in quo quasi contrahitur, cum deferatur à parte parti, vel à iudice partibus, actionem producit, vt habetur in *l. in contrarium deducta.* sed sic est, quod iuramentum assertorium veritatis confessioni adiectum sine causa actionem non producit, vt habetur in *d. auth. sacramenta puberum.* C. si aduersi vendit, cum non tendat ad effectum dispositiūm, sed confessionem corroborandam, vt probet, cum ex ea ius agendi non oriatur, sed tantummodo declaretur. *l. Publia. §. ff. deposit.* & notat gloss. in *l.* sed & si possessori. *§. fin. ff. de iureiurand.* Accedat etiam huic solemnitati, quod ex iuramento necessario, de quo loquitur text. in *l. admonendi. ff. de iureiurand.* & in *l. in bona fidei,* & in *l. nam & postea. ff. eodem tit. actio non oritur,* propterea quod illud iuramentum in supplementum probationis defertur, vt notatit *Guillelm. de Cun.* in *d. l. nam & postea. §. fin. ff. de iureiurand.* & tradit *Bald. in l. i. C. de iureiurand.* & late tradunt *Doct. in d. l. admonendi.* Præterea hanc conclusionem sequitur *Corn. in conf. 135. num. 4. vol. 2. dum inquit,* quod si contractus peccet in solemnitate formalis iuramento non confirmatur, cum forma det esse rei. *l. Julianus. §. sed & si quis. ff. ad exhiben.* & aliis, quos supra retulimus, & Anch. prout de se ipso fecit mentionem in cap. canonum statuta, in *fi. in II.* quæst. prætici. inquiens iuramentum defectum solemnitatis formalis supplere non posse, prout etiam *Panorm. ii. d. c. cum contingat. col. antepenul.* & ibidem latius per eum. Item quod iuramentum non sufficiat, quando deficit solemnitas formalis, tradit *Bald. in d. capit. cum contingat. numero 20.* extra de iureiurand.

C A P. CCCXL.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum an confirmet alienationem rei dotalis.*

D E alienatione † rei dotalis, an confirmetur iuramento, licet supra multa dicta sint, nonnulla

nulla ultra praedicta addenda esse arbitror. In primis igitur Hipp. Rim. in Instit. quib. alien. licet vel non, in prin. nu. 199. querendo, an fundus dotalis possit a marito alienari, cum consensu & iuramento mulieris late reducendo iura & argumenta pro utraque parte, num. 253. refert tres casus, quorum primus est, quando mulier quae consentit dotis seu fundi dotalis alienationi iurat non contrauenire ratione, & causa minoris etatis: & in eo casu inquit iuriandum ita praestitum contractum dotis seu fundi dotalis alienationem non confirmare, si alienatio alia ratione quam etatis facta sit, vt patet ex iis, que notat Bart. in l. 2. col. 2. num. 10. Cod. de rescindend. vbi habetur, quod si minor iuret non impugnare venditionem ratione minoris etatis illius legis beneficium non amittit, quod est, quod non competit ratione minoris etatis, sed fortasse laesio: siquidem qui remittit defectum etatis, alios defectus remittere non videtur, vt ibidem tradit Bald. in 8. quæstio. vbi enim plura repugnant, vnum tollere satis non est, vt inquit Bald. in l. 1. column. penult. versic. vnum scias. C. defuit, & cum praediti concordare ait Decimus in consilio 349. colum. 3. & clarius Cratiet. in consilio septimo, colum. 2. & hic casus, vt ibidem inquit Riminal. iunior, dubitationem non habet: quandoquidem cum iuramentum non fuerit limitatum & restrictum ad unum casum, scilicet minoris etatis, limitatum effectum producit. In agri. ff. de acquir. rer. domin. & ideo iure optimo ad alium defectum extendi non deber.

Secundus vero casus est, quando mulier simpli- citer iuravit non contrauenire, & tunc iuramen- tum eam maiorem efficit, nec ulterius quicquam operatur, & ideo videtur iurasse non contrauenire ex capite minoris etatis, vt voluit post gloss. Bart. in d. l. 2. colum. 3. & post eum Castren. qui adducit text. cum gloss. in l. 1. C. si maior fact. alien. ratam habue. & de hoc est etiam gloss. in c. penul. extra de empt. & vendit. quæ inquit iuramentum a minore praestitum etatis tammodo beneficium excludere. alios concordates refert Decimus in dicto consilio 349. colum. 3. & in consili. 403. colum. penult. & Crauett. in consil. 7. num. 6. Et in hoc casu procedit conclusio nostra, si diligenter ponderentur dicta Cornei & Alciati, qui eum ponunt. Confirmatur præterea hic casus ex iis, que optime post gl. tradit Bart. in l. 1. colum. penult. in prin. ff. de acquir. poss. quem ceteri sequuntur. vbi ibidem refert Alexand. nu. 36. vbi inquit ideo per exitum naturalem possessionem non civili coniunctam extingui velamitti, præterea quod animus in tot possessionibus retinendis operari non potest, prout quis de uno toto & quantitate plures compensationes opponere non potest. l. quod labeo. ff. de compensatio. satis namque defatigatur animus in retinendo ci- uilem, & ideo eodem modo dicatur in casu nostro vt simplex iuramentum mulieris minoris in tot de- fectibus operari non possit, vt late infra suo loco dice- tur. satis igitur defatigari in purgando defectum minoris etatis dicendum est. Vnde nimis si in hoc secundo casu dotis seu rei dotalis alienatio talii iuramento non confirmatur. Tertius vero casus est, quando mulier latius verba iuramenti explicauit, vbiputa quia iureiurando promisit non contrauenire ratione minoris etatis, vel quacunque alia ratione vel causa, & tali casu inquit idem Hipp. Ri-

minat. iunior eodem in loco praediæum iurante- tum omnes defectus supplere, eosque purgare, & id ob verba illa prægnantia, vel quacunque alia ratione vel causa, prout tradit Bart. in d. l. secunda, col. 3. & in d. auth. sacramenta puberum, colum. 2. & post eum Castren. num. 10. acceteri scribentes, & ita inquit Riminal. restringendum esse & intelligendum illud, quod tradit Decius in consilio 443. in fi. cum relatis ab eo eodem in loco, & tradit etiam Aret. num. 12. prout illud restringit & interpretur Decius in d. cons. 349. col. 2. & id in terminis huius questionis tradit Alci. in d. c. cum contingat, num. 130.

Vbi posita hac limitatione, subdit quod possent verba iuramenti esse ita generalia, vt aliud fortasse dicte beberet, & sic contractum ipsum confirmari tam ratione minoris etatis, quam prohibitionis legalis. At Matth. Afflict. in decisi. 336. num. 4. hac de re inquit iuramentum vxoris super alienatione rei dotalis seruandum esse, & idem videtur velle Guido Pa. p. in consili. 23. num. 7. versic. tamen seruatur. dum inquit seruari contractum rei dotalis ob iuramen- tum, & idem etiam tenet Imola in c. ex parte vestra, num. 6. extra de consuetudi. Vbi vult, vt iuramentum praestitum super alienatione rei dotalis contractum confirmet.

De hoc tamen dubitatut inter Doct. propterea quod vt supra etiam vidimus nonnulli tenent contrarium, quod scilicet contractus non confirmatur, & si iuramentum seruandum sit, subdit tamen gloss. communiter teneri, vt habetur in d. cap. cum contingat, vbi inquit Imola dixisse, & tradit Barto. in d. l. si quis pro eo ff. de fidei usq. Item Imola in d. ca. cum contingat, num. 12. extra de iure iurand. inquit, mulierem teneri seruare iuramentum, nisi absoluatur, vt voluit ibi Vincentius, vt refert etiam Ioan. And. qui non approbat hoc dictum: dicit tamen illud sequi Petr. de Anchar. in capit. secundo, de pact. lib. 6. saltet si sit magna laesio, & si Imola dicat tamen limitationem esse contra text. in d. c. cum contingat, propterea quod modicum ille tex. operaretur, si absolu- lutione peti possit a iuramento, cum super verisimili petatur, & ideo inquit quod Papa ibi id expressiss. est, si absolutionem peti posse voluisse, vt fecit in cap. si vero, & in c. debitores, extra de iure iurand. & hanc opinionem, quod absolutionem a iuramento pe- tere non possit, tenuit etiam Arch. in c. 2. de pact. lib. 6. & ideo inquit Imola iuramentum actum con- validare, nisi sit vox minis a marito & metu ad vendendum compulsa, & tradit etiam Alexand. in consili. 7. num. 6. vol. 6.

C A P. CCCXL.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

I. *Iuramentum non ligat, nec subsistit, vbi cumque interponitur in præiudicium tertii.*

P. Ræterea addendum etiam prædictis est, t. iuramen- tum non ligare, nec subsistere, vbi cumque interponitur in præiudicium tertii, vt inquit Hippo.